

tercii sententiarū

per nō cōstituens aliqd vnum fm aliqs ec
cluditur natura diuina z relatio q̄ p̄ficiūt
aliqd vnu scz psonā. Sed hoc reprobaui
in p̄mo libro. vbi ostendi q̄ etiā p̄cedendū
est q̄ natura diuina est suppositū licz nō for
maliter. z relatio taz realiter q̄ formaliter
est suppositū. ideo dico q̄ illud excludunt
ptes integrales. p̄ ly nec alteri inherēs ex
cludunt accidētia. p̄ ly nec ab alio sustenta
tū excludit natura humana in x̄po. Et sic
in descriptione suppositi ponit aliqd positi
uū z aliqd negatiuū. Persona p̄o p̄t descri
bi q̄ est suppositū intellectuale. Et his p̄
mo sequit q̄ ois p̄sona est suppositū sed nō
econuerso. q̄ lapis est suppositū z non p̄so
na. Secōdo sequit q̄ ad aliqd sensus p̄t
p̄cedi q̄ deus p̄t aliqd assumere in vnita
te suppositi z nō p̄sone q̄d p̄ se subsistens est
suppositū z non p̄sona. sicut natura lapidis
Tercio sequit q̄ aliqua natura est sup
positū q̄ p̄t definire esse suppositū. z aliq̄
non est suppositū que p̄t incipere esse suppo
sitū. Primum patet d̄ humanitate forz. Se
cundū de humanitate x̄pi si illa assumere
z ista dimittere a verbo. Secūda p̄posi
tio. sicut p̄sona verbi sic et quelibet p̄sona
diuina p̄t assumere humanitatē vnam v̄
plures simul v̄ successive in suppositi siue
p̄sone vnitate. Patet quia quelibet p̄sona
diuina est equaliter oipotens z nullū isto
rū fieri implicat contradictionē. Tercia q̄
libet p̄sona diuina sicut p̄t assumere hūa
nitatē sic z qualibet aliam naturā que p̄t
esse suppositū siue rōnalem siue nō rōnalem
in suppositi siue p̄sone vnitate. Patz
q̄ q̄libet talis natura est in pura potētia
obedientiali passiva z quelibz talis p̄sona
est infinita potētia actiua. Quarta p̄po
Licet non sola p̄sona verbi potuit assume
re hūanitatē t̄ ipsa sola de facto eā assum
psit in suppositi seu p̄sone vnitate. Prima
ps patz et secūda p̄pōne. q̄ p̄ hoc potuit z
ii. Secōda patet ex fide. Quinta Licz nō
sola p̄sona verbi fuerit cā effectiua hūa
sumptiōis. t̄ ipsa sola facta ē hō assumpti
one hūanitatē. Prima ps patz q̄ opa trini
tatis sunt indiuisa ad extra. id est sunt cōia
cuilibet p̄sone diuine. Secōda patet ex fide p̄
illud Joh. 1. Verbu caro factū est. vbi fm
glosam caro ponit p̄ hoīe. z p̄ illud in sym
bolo. Et hō fact⁹ est. Et p̄ August. p̄mo de
tri. ca. vi. talis erat illa susceptio que deum

hoīem faceret z hominē deū. **S**ed
ad intellectū huius videndū est qd̄ impoz
tat in p̄posito p̄ istuz terminū hō. Pro quo
sciendū q̄ licet fm̄ Aresto. nulla res ipoz
tet p̄ hoc nomē hō q̄n eodem mō impoztet
p̄ hoc nomē humanitas z econuerso. ex eo
q̄ fm̄ ipm̄ nihil est hic inferius nisi mate
ria forma vel p̄positū vel accidens alicui⁹
hoz. z nullū istoz plus impoztat per vnū
q̄ p̄ reliquū. sicut patet inductiue. supposi
to t̄ q̄ humanitas nō significet solū aiām
intellectiua nec naturā specificā cōmunes
quod p̄ nunc supponit. t̄ fm̄ fidē ista noīa
non sunt synonyma. sed p̄t pro distinctis
rebus supponere. Nā hoc nomē homo ē no
men suppositi z supponit p̄ filio dei. scz hoc
nomē hūanitas est nomē nature z nō sup
ponit p̄ filio dei. hoc aut̄ facilliter p̄t appa
rere ex descriptionibz quid noīs istoz ter
minoz. Nā hoc nomē hūanitas nihil signi
ficat nisi naturā p̄positā ex corpe et anima
intellectiua nō p̄notando q̄ ista natura su
stentat ab aliq̄ supposito scz a verbo. vel q̄
non sustentat. Et ideo semp p̄ ista natura
supponit p̄cise z nunq̄ p̄ filio dei. cū ip̄e nō
possit esse ista natura. Sed hoc nomē ho
mo sigt̄ illā naturā p̄notādo eā esse p̄ se ex
stentē vel ab alio supposito sustentatā siue
suppositā. Un̄ iste termin⁹ hō diffinitōe qd̄
noīs p̄t sic diffiniri. hō est natura p̄posita
ex corpe z aīa intellectiua ab alio supposito
nō sustentata. vel est aliqd suppositū talem
naturā p̄positā sustentans. de quolibz em̄
hoīe ista descriptio p̄ altera pte verificat.
Prima ps em̄ verificat de quolibet homi
ne alio a x̄po. z secūda pars de solo christo
Et p̄dictis sequit primo q̄ filius dei nō
eodē mō nec oīno vniuocē siue fm̄ eandēz
rōnem dicit̄ homo sicut z alij hoīes. patet.
quia fortes z q̄libet alius hō dicit̄ hō quia
est natura cōposita ex corpe z aīa intelle
ctiua a nullo sustentata. sed fili⁹ dei nō dicit̄
tur hō hac rōne scz q̄ sit talis natura cum
hoc sit impossibile. sed quia est suppositum
sustentans talem naturā et terminās eius
depēdentiā. Secōdo sequit q̄ licet hec p̄
ricularis sit vera. aliquis homo est huma
nitas. t̄ hec v̄lis est falsa oīs hō est huma
nitas. p̄mum patet de for. secundū patz d̄
x̄po. Tercio sequit q̄ hec de p̄tute fm̄ o
nis est falsa. filius dei assumpsit hoīem. q̄
ly hō supponit p̄ p̄sona filij dei. ideo si talis

questio prima

locutio quandoq̄ inueniat Augustini vel
alioz sanctorz. exponenda est vt p̄ hominē
intelligamus hūanitatē. ita q̄ capiat con
cretum p̄ abstracto. Sexta p̄po est. q̄ qz
p̄sona verbi assumēdo humanitatē in vni
tatem suppositi sit hō. ideo fit i christo yde
omatū cōicatio. **D**oc aut̄ sic est in
telligendū q̄ p̄ ydeomata in p̄posito intelli
gamus p̄prietates siue predicata z p̄ cōica
tionem mutuā verificationē vt sic cōmuni
catio ydeomatuz nihil aliud sit nisi mutua
verificatio p̄dicatozū. Et sic est sensus p̄po
nis q̄ rōne illius assumptionis qua p̄sona
verbi fit homo p̄prietates z p̄dicata que dī
cunt de persona verbi verificant de chri
sto sub hoc nomine homo. ita q̄ ip̄o demō
strato verum est dicere q̄ hic homo est fili
us dei eternus imensus creator mundi zc.
z etiā econuerso ea que dicunt de natura
assumpta in concreto sub hoc noīe hō veri
ficant de christo sub hoc noīe de⁹. vt q̄ hic
homo q̄ est deus est natus de virgine pas
sus mortuus loco circūscriptus zc. Et di
xi in concreto. quia non est verum q̄ deus
est humanitas. z t̄ est diuinitas Sic ḡ in
telligitur cōicatio ydeomatuz. Sed
circa hoc dico aliqua. Pr̄mo dico q̄ non
cōsimiliter seu eque p̄prie dicunt̄ predica
ta diuina de hoc homine. z humana predi
cata de deo. eo q̄ in christo p̄sona diuina est
assumens z natura humana assumpta. v̄
magis p̄prie de christo dicitur. iste homo ē
immortalis absq̄ hoc q̄ addat̄ fm̄ diuini
tatem. q̄m̄ iste homo est p̄prie persona diu
ina q̄ dicitur deus est mortalis. imo opoz
tet in ista addere vel subintelligere fm̄ hu
manitatem. Et cā est. qz persona diuina est
assumens. ideo iste homo est persona diu
ina immortalis. sed ip̄e non est natura hūa
na nec natura mortalis. Secundo di
co q̄ ista differentia p̄dicationis non est oī
no talis sicut in alijs solet dici vnū esse ve
rum simplr z aliud fm̄ quid z falsum sim
pliciter. sicut ethiops est albus fm̄ quid. s.
fm̄ dentes z niger simpliciter. z ideo hec ē
falsa simplr. iste est albus. nisi addatur fm̄
dentes. Nam ista. deus fuit passus et simi
les etiā sine addito licet semp sit intelligē
dum fm̄ humanitatē. non tamē sunt false
simpliciter. Et causa dissimilitudinis est
dissimilitudo habitudinis hūanitatē chri
sti ad personam verbi et dēris ethiopsis ad

reliquum corporis. Vel forte magis pro
prie loquendo tota causa dissimilitudinis
est modus loquendi scripture z sanctoruz
in quo videre meo totaliter fundat̄ ista cō
municatio ydeomatuz. Tercio dico q̄
non obstante q̄ tales sint vere simplr. et q̄
in aliquibus scilicet in illis in quibus dat̄
in subiecto intelligi humanitas sicut hō ho
mo x̄ps fuit passus etiā non sit necessarie
addere fm̄ humanitatē. tamen talis ad
ditio est in aliquibus exprimenda. non ad
necessitatem veritatis. sed ad exclusionem
causē errorū. vt hic filius dei ē creatura de
bet addi fm̄ humanitatē. ne videat̄ con
cordari heresi arriane. Et ita in alijs p̄di
catis que si sine addito dicerent̄ de christo
posset suspicari ne ab eo excluderetur diu
nitas. Similiter de alijs de quibus possz
suspiciari ne attribuerentur diuine persone.
fm̄ se. dz addi fm̄ humanitatē vt hic. filius
dei est cōpositus. Nam neqz persona ne
qz natura diuina est cōposita nec x̄ps est
cōpositus ex duabus naturis diuina scilicet
licet z humana. siue ex tribus rebus corpo
re. s. anima z diuinitate. sed t̄m̄ ex duabus.
fm̄ humanitatē. scz corpe z ania essen
tialiter z ex infinitis p̄tribus quantitatis
integraliter. Ideo non est concedenduz q̄
humanitas sit pars christi. Nam sicut ho
mo non est p̄positus ex albedine et substan
tia sic nec x̄ps est cōpositus ex humani
tate et persona diuina. **E** Septima
p̄po per hoc q̄ persona verbi assumpsit hu
manitatē diuinitas ē incarnata z sibi ē hu
manitas vnita in suppositi seu persone vni
tatem. Patet primo p̄ Augusti. p̄mo de tri
ni. ca. ii. Forma dei accepit formam serui
et sine dubio natura naturam accepit.

Secundo p̄ autoritatem Hierō. in ex
planatione fidei. Passus est filius dei non
fm̄ illam substantiaz que assumpsit. scz fm̄
illam substantiam que assumpta est. igitur
zc. Tercio probatur. quia cuz persona
p̄bi et diuinitas sint idem realiter qd̄ con
ceditur de persona non debet negari de di
uinitate. nisi ad hoc cogat fides. sic autem
non est hic. vt patet facilliter zc. Et ad hoc
facit illa regula quaz in primo libro decla
raui q̄ p̄dicata contradictoria nunq̄ dnt̄
concedi de terminis supponibilibus p̄ eo
dem nisi vbi cogit fides. Et hac p̄positio
ne sequitur primo q̄ concedendū est in ali
y 2

tercii sententiarum

quo sensu q̄ ipsa diuinitas seu diuina natura facta est homo. Patet. q̄ hec p̄cedit. p̄sona uerbi facta est hō. Et hec p̄sona uerbi ē diuinitas. igit̄ r̄c. n̄a est syllogismus expositorius q̄ nunq̄ debz negari nisi ubi cogit fides ut dicit in p̄mo. Sec̄do sequit̄ q̄ ipsa diuinitas un̄i b̄ianitati nō p̄ se et p̄mo. sed q̄ ipsa est v̄posita cui vn̄itur humanitas p̄ se et p̄mo. Tercio sequit̄ q̄ deitas non vn̄iuit sibi humanitatē in vn̄itatem nature sed in vn̄itate p̄sone. Et hoc intelligit m̄ḡ in. iij. dist̄in. li. iij. ubi dicit q̄ filius dei d̄i fact̄ hō non solū quia hoīem assumpsit sed quia ip̄m in vn̄itate et singularitate sui. id est p̄sone accepit. natura aut̄ diuina accepit formā serui id est naturam hoīs sed nō in singularitate sui id est natura re r̄c. Si p̄o dicat q̄ quia filius dei est hō ideo de ip̄o p̄cedunt attributa hominis sicut q̄ est passus et mortuus r̄c. sed de diuinitate nō p̄cedit q̄ fuerit passus vel mortuus igit̄ nec debet concedi q̄ sic incarnata v̄l q̄ sit hō. Dico q̄ aliqua sunt p̄dicata q̄ p̄ueniunt filio dei p̄cise per cōicationē ydeomatū. i. q̄ p̄ueniunt humanitati sicut natus passus mortuus. et talia non dicunt̄ de diuinitate. et hoc solum q̄ nō sic loquunt̄ sc̄i. Alia p̄o sunt q̄ licet p̄ueniāt filio dei ratōe incarnationis siue assumptōis humanitatis hoc t̄m nō est p̄ cōicationē ydeomatū id est hoc nō est ex eo q̄ p̄ueniāt h̄ianitati sicut esse incarnatum vel esse hoīem. v̄n̄ humanitas ista nō est incarnata vel hō facta. Et ista sicut de filio dicunt̄ ita d̄ diuinitate dici possunt cum nō p̄tradicat̄ autoritatē. q̄re r̄c. Octaua et vltima p̄p̄o est q̄ licet i ip̄o humanitas dependeat a diuino supposito et eius p̄pria p̄sonalitate subsistat. tamē nec persona uerbi nec diuinitas vn̄itur formaliter humanitati nec ipsam formalit̄ actuat. Prima pars patet ex dictis. Secunda p̄o est contra quosdam nouellos dogmatizantes. que p̄bat̄ sic. quia si inter illa esset formalis vn̄io siue formal̄ actuatio ad modum loquendi ip̄oz. tunc ut ip̄si p̄cedunt illa assumpra humanitas sic formalit̄ actuata fuisset realiter deus. ita q̄ per illam formalē actuatiōem diuinitas p̄municaret suo formalit̄ cret̄iue illud q̄ ipsa ē abstractiue. scilicet esse dei. **F** Sed p̄tra h̄ adducit̄ triplex inconueniens. Primus quia sequit̄ q̄ esset in nobis deus recēs. cō

tra psal. lxxx. Israel si audieris me nō erit in te deus recēs. Sec̄do sequit̄ q̄ in nobis esset deus alienus siue a diuinitate distinctus. Illud Deut. xxxij. Ego sum deus et nō est alius p̄ter me. Tercio sequit̄ q̄ essent plures d̄i aliter q̄ p̄ adoptionem imo infiniti. q̄ infinite p̄tes q̄ntit̄tine humanitatis essent formaliter actuatae ab ipsa diuinitate r̄c. Et hac p̄positione p̄mo sequit̄ q̄ aliqua est dependētia creature que non est p̄p̄rie in aliquo genere cause. Patet inducendo in omni genere cause de illa dependētia q̄ humanitas x̄pi sic dependet a p̄sona uerbi q̄ eius p̄pria p̄sonalitate subsistit ut dicit̄ prima pars p̄positionis.

Secundo sequit̄ contra imaginationē multoz q̄ illa dependētia magis assimilatur cause materiali q̄ formali. ita q̄ humanitas magis simulatiue se habet ut forma ad diuinitatem q̄ econuerso. Patz q̄ sicut forma subsistit in sua materia sic humanitas in diuinitate seu diuina p̄sona. Itē sicut forma cōicat suo formabili in concreto illud quod est in abstracto ut anima que est abstractiue vita cōicat corp̄i quod iformat q̄ sit concretue uiuens. sic humanitas cōicat persone uerbi et diuinitati q̄ sit homo. ut patet ex dictis. ideo magis habz similitudinem forme q̄ materie. quare r̄c.

Tercio sequit̄ q̄ illa similitudo in simbolo athanasij sicut aia rōnalis et caro vn̄ est homo. ita deus et homo vnus est christ̄ non est vera de virtute f̄monis. Nam ibi est pl̄ dissimilitudinis. q̄ vel ly homo capitur p̄p̄rie. et sic deus et homo omnio sunt idem. quod non est de anima et carne. Ut capitur improprie p̄ h̄ianitate. et sic deus et humanitas non p̄ponunt̄ ip̄m. sicut anima et caro hominē. nec deus est forma humanitatis sicut aia carnis. nec aliquis hō q̄ est anima et caro est deus vel x̄ps. q̄re r̄c.

His p̄missis et p̄suppositis ponam et solnam circa dicta aliquos casus dubitabiles. Primus casus est. Ponam q̄ p̄sona uerbi dimitteret naturā assumptā isto posito sunt aliqua dubia. Primus est vtrum illa natura dimissa esset pur̄ hō et si ille homo fuerit christ̄us. Respondeo q̄ esset purus homo nec vn̄q̄ fuit deus. quia q̄cquid fuit deus semper est et erit. nec vn̄q̄ illa etiam fuit christ̄us. q̄ christ̄us fuit suppositus diuinū r̄c. Unde primo sequitur

questio prima

q̄ licz hic homo fuerit assumptus a verbo in vn̄itate p̄sone. nō t̄m fuit vna p̄sona cum verbo. patz q̄ h̄ianitas q̄ prius fuit assumpta et modo ponit̄ esse hō nunq̄ fuit vna p̄sona cum h̄bo. nec ex ipsa et verbo fuit vna p̄sona. Sec̄do sequit̄ q̄ licet hic hō passus fuerit in cruce et non fuerit in cruce alius hō a x̄po. t̄m hic hō non fuit x̄ps. Et si dicat nullus hō passus fuit in cruce nisi x̄ps hoc negat̄. sed h̄i p̄ceditur q̄ tunc erat vera. nullus homo patit̄ in cruce nisi christ̄us tamē bene erat verum q̄ aliud a christ̄o patiebatur in cruce sc̄z hec h̄ianitas que tunc non erat homo et modo est hō p̄ casum.

Tercio sequit̄ q̄ licz filius dei fuit hō et fuit alius homo q̄ iste homo. tamē nō per aliam animā siue carnē. nec habuit aliam humanitatē. Et causa est. q̄ christ̄us fuit hō p̄ istam humanitatē et fuit alius hō ab isto p̄ diuinitatem per quā fuit suppositum aliud ab ista humanitate. Quarto sequit̄ q̄ vterq̄ duoz hominū. sc̄z christ̄us et iste homo qui nec est nec fuit christ̄us fuit homo p̄ eandem h̄ianitatē. imo per eandem possunt esse successiue quatuor hoīes. scilicet si q̄libet p̄sona successiue assumeret eandem humanitatē et illa postea dimitteret. **V**ltra alia possunt inferri. sed dimitto.

H Secundu dubium est. retento casu p̄missio vtr̄ demonstrato filio dei hec sit vera. hic est filius h̄ginis. Dico q̄ non. q̄ ex quo desit̄ esse homo desit̄ esse filius virginis. nec erat filī virginis nisi f̄m humanitatē quam mō ponit̄ non habere. ideo modo non plus attinet virgini q̄ aī incarnationem.

Et his sequitur p̄mo q̄ hec p̄na non valet filius dei nascebatur de virgine et fuit filius h̄ginis et ipse et ipsa sunt. igit̄ ipse est filius h̄ginis. Et rō est. quia causa talis deuotiōnis cessauit. Secundo sequitur q̄ hec p̄na nō valet filius dei bis fuit vel bis incepit̄ esse filius virginis. Igit̄ bis natus est d̄ virgine. patet. q̄ ante triduum mortis christ̄i filius dei erat filius virginis. Et sicut in triduo nō erat hō. ita nō erat filius virginis. Et in resurrectione incepit̄ iterum esse hō et esse filius virginis. et tamen non fuit bis natus de virgine quare r̄c. **T**erciu dubium est. retento casu p̄missio vtr̄ iste homo dimissus sit filius virginis. Dico q̄ sic. quia aliter non esset alicuius filius. etiaz hec humana na

tura que modo est homo fuit de virgine cōcepta et ipsam pepit. et iste homo et ipsa h̄go sunt. igitur. r̄c. Et hoc sequit̄ primo q̄ aliqui iste nō fuit filius virginis et nunc est filius eius et incepit̄ esse filius h̄ginis et ipsa virgo mater eius sc̄z in illa dimissioe q̄ incepit̄ esse homo. nec t̄m virgo eum pepit. sed ante diū. q̄ hic hō fuit anteq̄ esset filī virginis sicut hic hō fuit anteq̄ esset homo sicut patet arguendo expositorie. Secundo sequit̄ q̄ hic hō nascebatur de virgine qui nō erat hō et aliquis homo nascebatur de virgine qui non erat christ̄us. licet t̄p̄e natiuitatis verū esset q̄ vnus solus homo nascebatur. Unde patet q̄ vterq̄ duorum nascebatur de virgine r̄c. Tercio sequitur q̄ hec h̄ianitas cum christ̄o nata fuit de virgine capiēdo ly nata participialiter. non t̄m fuit nata virginis. i. filia. nec soror christ̄i. quia non oē natū de virgine est filius vel filia sicut pes r̄c. Quarto sequitur q̄ istum hominē virgo peperit q̄m peperit christ̄um. nec tamē sequit̄ q̄ tunc incepit̄ esse mater istius sed incepit̄ eē mat̄ in illa dimissioe quando illud quod ipsa diu ante peperit. i. hec humanitas incepit̄ eē homo et p̄sequens filius. Unde si miraculose mulier pareret filium anteq̄ infunderetur anima ipsa non inciperet eē mat̄ in partu sed post partum in ipsa infusione anime.

Quinto sequitur q̄ licet in casu predicto non sit p̄cedendum q̄ beata virgo habuit duos filios p̄p̄rie loquendo. t̄m vtrūq̄ duoz habuit filios. nec sequitur nunq̄m peperit nisi solum hominem et vnico partu et tunc peperit vnū solum filium igitur nō vtrūq̄ duoz r̄c. Causa est. quia eodez partu ipsa peperit duas res. i. christ̄um et hanc humanitatē. et christ̄us tunc fuit filī eius et hec humanitas modo est filius eius.

Sexto sequit̄ q̄ hec p̄na non valet christ̄us fuit filius virginis. deinde iste homo fuit et est filius virginis. igitur iste est secundo genitus. q̄ iste homo non incepit̄ esse filius p̄ natiuitatem. Septimo sequitur q̄ ista consequentia non valet vterq̄ scilicet christ̄us et iste homo fuit filius virginis ergo isti fuerunt fratres. Causa est q̄ hoc nomen christ̄us connotat naturā assumptam. Ideo in isto casu ipse modo non est christ̄us. imo filius di desit̄ esse christ̄us q̄ iste hō incepit̄ eē homo. Octauo sequitur

tercū sententiarū

q̄ ista dñā non valet vterq̄ scz filius dei z iste hō fuit filius h̄ginis. z vterq̄ eoz est. & sunt fr̄es qz licet filius dei fuerit filius h̄ginis in nō mō zc. **R** Quartū dubium retēto casu p̄missō est. qz hec humanitas ē hō z est suppositū z pus nō erat hō nec suppositū. ideo q̄rit vtz hoc factū sit sine acq̄sitione vel dep̄ditōe alicui⁹ positū in ipsa hoc em̄ nō videt. qz sic p̄tradicōria succel siue verificarent de eadē re sine mutatiōe.

Ad istud diceret fm̄ Dcā p̄mo q̄ vnio in x̄po verbi ad humanitatē addit aliqd̄ vltra extrema vnita. z hoc p̄pter rōnez p̄tractā qz impossibile est fieri transitū a p̄tradicōrio in p̄tradicōriū sine acq̄sitione vel dep̄ditōe alicui⁹ positū. sed hec natura pus erat vnita z ideo nō erat suppositū z mō nō est vnita z est suppositū. igit̄ aliqd̄ est acq̄situm vel dep̄ditum. Non acq̄sitū vt patz. igit̄ dep̄ditum. z nō apparet qd̄ sit illud nisi vnio extremoz. igit̄ zc. Secūdo q̄ vnio vltra extrema nō dicit aliqd̄ absolutū. qz n̄ apparet in q̄ genere illd̄ est. qz nec in genere subie nec accidentis vt declarat inductiue. Sz nō bñ intelligo q̄ mō ista p̄nt simul stare. qz ip̄emet in eadē. q. dicit q̄ p̄ veram rē absolutā intelligit rē natā esse extra aiaz sed si talis vnio sit ipsa est nata cē extra animā zc. Tercio dicit q̄ illa vnio est respectus realis differēs ab extremis. et fundat̄ in natā hūana z n̄ diuina. qz sola hūana natura est capax. nec est ymaginanduz q̄ illa vnio sit quoddā vinculū ligās naturā hūanā cū diuina z ecōuerso. sed est illud q̄ extrema forma r̄ z denoiatiue dicunt vnita sicut aliqd̄ denoiat̄ ab albedine albū. et iō natāz hūanā vniri p̄sone diuine vl̄ assumi ad vnitatez ipsius p̄t̄ dupl̄r̄ intelligi. Uno mō q̄ natura hūana fiat vna p̄sona z fiat p̄sona x̄pi. z hoc est falsum. zc. Alio mō q̄ natura hūana sustentat̄ a verbo z subsistat in supposito verbi aliq̄ modo sic accidēs sustentat̄ in subiecto. z sic est verū. Un̄ sic ip̄e valde bñ dicit. Licet hec vnio nō possit demōstrari sed sola fide teneat̄. n̄ ad intelligēdū ipsam possum⁹ manuduci p̄ alias vnioes scz materie cū forma z subiecti cū accidere. Nā in vnione forme cū materia forma manet̄ distincta fm̄ suā entitatē sicut pus. z n̄ p̄ banc vnionē materia denoiat̄ a p̄rietatibus forme z ecōuerso. Sic in p̄posito natura diuina et hūana remanēt̄ distincte post

vnionē sicut ante. nec faciunt p̄ se vnuz sic materia z forma. sed magis sicut accidens z subiectū non faciūt p̄ se vnū. z n̄ non obstante tali distinctione cōicant̄ sibi p̄rietates suas p̄ p̄dicatiōē in concreto. sicut dicimus q̄ hic filius dei est incarnat⁹ mortuus passus. z ecōtra hic hō est et̄nus et fecit mundū zc. Et hoc apparet q̄ vnio humanitatis ad verbū magis assimilāt vnioni accidētis ad subiectū q̄ vnioni forme ad materiā vl̄ matie ad formā. Quarto dicit q̄ quot sunt nature distincte in x̄po vnite tot sunt vniones. qz respect⁹ variant̄ ad variatiōē fundamentoz. z ideo qz fm̄ eū in homine sunt saltē tres res p̄tinentes ad e⁹ es sentiā sicut oportz necessario ponere p̄pter articulū. s. materia ania intellectiua z ania sensitiua q̄ imediate sunt vnite h̄bo. sic patuit in triduo mortis. qm̄ tunc oia illa fuerint sibi vnita. qz qd̄ semel assumpsit nūq̄ dimisit. et fm̄ hoc oportet ad min⁹ ponere tres vniones. vnā in materia. aliā in sensitiua. aliā in intellectiua. Licet hec dicta opinio sit pbabilis tñ si q̄s velit negare oēz respectū siue relationē distinctā a rebus absolutis p̄t̄ saltē pbabil̄r̄ negare dictas vniones z cedere dñs supra illatum. s. q̄ sine acq̄sitione vel dep̄ditōe alicui⁹ rei in ipsa humanitate ipsa facta est hō z suppositus p̄ hoc solū q̄ filius non vnit̄ sibi q̄ pus vnitebat̄. Et ad argumentū de illa regula impossibile est fieri transitū d̄ contradictoriū zc. fuit factus dictum in primo libro.

I Secūdo casus. ponamus q̄ p̄sona verbi nunq̄ assumpsit naturā creatam z licz hoc modo sit impossibile tñ qz aliq̄ fuit vtz ponamus q̄ sumus in illo tpe z q̄ die sequēti fili⁹ dei assumat̄ filiū marthe iā adultū. siue magi p̄rie loq̄ndo assumat̄ illius filiū hūanitatē. z tunc fili⁹ dei vocatur x̄ps. z tñ nunq̄ iste assumēdus erit x̄ps. sic patet de dimisso in p̄missō casu q̄ nūq̄ fuit x̄ps. Sz nunq̄d̄ hec erit vera r̄ps vl̄ hic hō est fili⁹ marthe. Dico q̄ nō. qz nec r̄pus nec aliqd̄ tale exiuit de vtero marthe qd̄ ē r̄pus nec aliqd̄ tale pepit̄. Et h̄ sequit̄ p̄mo q̄ hec dñā nō valet martha p̄t̄ dicere huic hūanitati assumpte. ego te genui z tu es isti fili⁹. q̄ p̄t̄ dicere x̄po tu es filius me⁹ fm̄ istā hūanitatē. Nec ē simile argumētū hec hūanitas exiuit de vtero marthe q̄ r̄ps erit fm̄ istāz hūanitatē. sicut si arguat̄. dens

questio prima

ethiopsis est albus ergo ethiops est albus fm̄ dentem. Prima em̄ dñā est de p̄terito z nō valet. sed secūda est de presenti z valet. Nā si dens ethiopsis fuisset albus anteq̄ esset ethiops. z postmodū esset ipsius et nō esset albus amplius. patet q̄ non valeret p̄sequētia dens ethiopsis fuit albus. q̄ zc. Sic in p̄posito hec hūanitas fuit filius marthe qm̄ nō fuit x̄pi. z nunc qm̄ est christi ipsa nō est filius eius. Secūdo sequit̄ q̄ demonstrata manu christi hec est falsa. hec manus fuit i vtero marthe vel egressa est de eo. sed bene partialis humanitas huius man⁹. Tercio sequit̄ q̄ posito q̄ filius marthe an̄ hāc assumptionē habuiss̄ vrozē aut filios aut filias tunc facta assumptione demonstra to christo verum est q̄ iste homo non ē nec fuit vrozatus nec genuit filios nec fuit p̄ eorum. Quarto sequitur Positū q̄ fili⁹ dei dimittat̄ illam humanitatem iste est filius marthe z ante etiam fuit z medio tpe. scz dum erat vnitus non fuit eius filius. z ita bis fuit filius. vel saltēz hec p̄positio iste est filius bis fuit vera. nec tamen sequit̄ q̄ bis genuerit eum. quia secunda vice nō fuit filius p̄ generationem nouā. sed p̄ dimissionem p̄dictā. sicut non est etiam impossibile q̄ aliquis secunda vice fiat filius Johānis. s. p̄ resurrectionē. z tamen nō erit secunda vice genitus zc. Tercius casus ē Ponamus q̄ p̄sona verbi non dimittēdo qd̄ assumpsit nunc assumat̄ d̄ nouo aliq̄m humanitatē scz Petri. z vocetur illud diuinum suppositum Petrus. tunc patet satis q̄ Petrus z christus sunt vna persona z q̄ iesus est christus. q̄ in christo sunt due humanitates z p̄t̄ fm̄ vnam dormire z fm̄ aliam vigilare. z etiam fm̄ vnam esse albz fm̄ aliam niger. fm̄ vnam mori z fm̄ aliaz viuere. z q̄ habet plures matres z p̄trarias p̄plexiones fm̄ diuersas humanitates. z sic de alijs que possunt duobus hominibus conuenire z nō repugnant filio dei.

D Sed dubium est Utz debeat cōcedi q̄ christus est duo homines vel tres si assumeret tres humanitates. Ad quod aliqui dicunt q̄ p̄rie loquendo oporteret vti noua grāmatica dicendo q̄ iste christus ē vnus homines. Sed istud est vanū dictū z valde impropria abusio. quia cum hō sit nomen suppositū z christus sit vnum soluz suppositum. patet q̄ non oportet dicere illd̄

Sed dicendum est q̄ vnicus homo sic est vnica persona ita et vnus homo est homo p̄ p̄les humanitates sed nō est vnus p̄ aliquam eaz sed p̄ p̄sonam assumentē z suppositantem. vnde sicut plures albedines si ponerent̄ in eodē subiecto nō facerēt nisi vnū albū. sic in p̄posito. Quartus casus ē Ponamus qd̄ tres p̄sone diuine assumāt vnam z eandem naturā humanā. sicut de facto p̄sona x̄pi assumit eaz. tunc queritur nunq̄d̄ est vnus homo vel tres homines

Aliq̄b̄ aut̄ videt̄ qd̄ vnionē posse terminari ad tres p̄sonas p̄t̄ intelligi dupliciter Uno mō qd̄ eētia eūz i tribz sit p̄m⁹ termin⁹ vniois. Alio mō qd̄ tres p̄sone sint p̄mus termin⁹ vniois. p̄mo mō est possibile scdō mō nō. qd̄ sic pbat̄. qz in oī dep̄dētia eētiali vnū nō dep̄det nisi ad vnū qd̄ totaliter eius dep̄dētia t̄miat̄. patz h̄ in dep̄dētia effect⁹ cause efficiētis ad cām. qz vnū causatū nō dep̄det a duabz causis totalibz in eodē genere cause. qz si sicutunc aliqd̄ dep̄deret tanq̄ a cā ab aliq̄. q̄ nō exite nihilomin⁹ ipsum posset eē. Sed in p̄posito vna persona totaliter z sufficienter t̄minat̄ dep̄dētiaz sicut p̄ria p̄sonalitas in p̄ria specie terminaret. ergo nulla alia p̄sona p̄t̄ eē primus terminus huius dep̄dētie. Sed his non obstantibz dico qd̄ eadē natura humana potest vniri tribz personis. ita qd̄ a qualibet dependeat equaliter eodē modo sicut nunc dependet a verbo. Patet. quia non implicat̄ p̄tradicōiez plus q̄ vnā eadem albedo subsistat i tribz subiectis. Secūdo dico qd̄ per illam eandem naturā vnitam ille tres p̄sone sunt tres homines et non vnus homo. Patz. qz qlibet p̄sona est hō z vna non est alia. Nec debet haberi p̄o difficulti qd̄ p̄ eadē hūanitatē sunt tres homines plus q̄ vnā p̄ eandem albedinem si eēt in tribz hominibus eēt tres homines albi. Tercio dico contra assumptū illius opinionis qd̄ nō est incōueniēs qd̄ idē effect⁹ habeat duas causas totales. qz possibile est qd̄ sint due causae approximare passiuo dep̄posito q̄z vtraq̄ nata est causare formā sub eodē gradu sicut si duo ignes eiusdem vigoris approximatur passiuo dep̄posito equaliter. idem effectus numero causabitur ab vtroq̄z. si militer idem effectus potest dependere a duabus causis finalibus totalibus. ergo

tercū sententiarū

et efficiētibz. q̄na tenet. añs patz. qz aliquis p̄t eqliter appatere duos fines et eqlit̄ mo ueri ad faciēdū aliqd̄. p̄ter illos fines. et sic p̄ quēlibz eoz sufficiēnt mouet̄. Quarto dico seq̄ et p̄dict̄. q̄ licet in b̄ casu nō sit p̄cedendū q̄ aliq̄s hō est tres hoies. t̄m p̄t p̄cedi q̄ aliq̄ res ē hō et illa est tres homies. Primū p̄z. qz nec p̄ nec filius nec. s̄. ē tres hoies. Scdm̄ p̄z. qz sicut dicit̄ p̄mū correlatiū septē p̄p̄onis p̄t p̄cedi q̄ ip̄a diuinitas est hō et illa ē tres hoies cū sit tres p̄sone. S̄z h̄ dicit̄ q̄ vnā naturā hūanā posse subsistere in tribz supposit̄. qz oīs natura sic subsistens in tribz p̄sonis ē necessario illimitata sic natura diuina natura hūana. nō dico q̄ illimitatio nō facit p̄ q̄ vnā natura nūero possit subsistere in tribz supposit̄ q̄s limitatio. sed q̄ vnā natura sic subsistat in tribz supposit̄ q̄ ip̄a sit illa tria supposita. h̄ solū tenem̄ de natura illimitata. s̄. de natura diuina nō p̄t illimitationē nec p̄ter aliā rōnez s̄z p̄ solā fidē. nec ē euident̄ vtz ita possit eē d̄ alia natura zc. **A** Quis casus est. ponam̄ q̄ x̄ps nihil dimittēdo qd̄ iā assumpsit nūc assumat matrē suā. vel magis p̄prie loquēdo hūanitatē m̄ris sue. et uocet̄ illd̄ suppositū maria. h̄o em̄ p̄prie loq̄ndo uerū est q̄ x̄ps possit assumere m̄ris suā nisi intelligēdo q̄ possit assumere hūanitatē que fuit m̄ris sua. s̄z x̄ps non est illa hūanitas. et p̄p̄s nec est m̄ris sua. Et iō si hec ē uera. x̄ps ē maria hoc est et noua ip̄ositioe nois. qz nō ē illa maria q̄ fuit m̄ris sua sicut nō est illa hūanitas q̄ fuit m̄ris sua. possim̄ t̄m cōcedere q̄ x̄ps et maria sunt vnā p̄sona et q̄ x̄ps est uir et feia. S̄z t̄m in casu isto dubiū est. vtz sit p̄cedendū q̄ x̄ps genuit se. cū illa hūanitas genuit x̄pm. Ad qd̄ dico q̄ nō. imo demonstrato x̄po hec est negāda hec maria peperit x̄pm. s̄z hec hūanitas q̄ fuit x̄go maria peperit x̄pm. Et h̄ satis p̄z. **Sext̄** casus ē ponam̄ q̄ x̄ps aliq̄e genuerit ex feia sicut potuit sine pctō. qz nō erat subdit̄ legi et n̄nētie. et ip̄m assumpsit et uocet̄ illd̄ suppositū petr̄. t̄m p̄z et dicit̄ q̄ x̄ps est petr̄. S̄z t̄m dubiū est vtz x̄ps sit p̄r petri. Rūdeo q̄ si illa hūanitas sc̄do assumpta fuit hō ante et assumptioez patz solutio ex casu imediate p̄cedente. s̄. q̄ x̄ps mō est p̄r petri. Unde si x̄pus mō assumeret duos hoies siue hūanitates duoz hoim̄ adultoz. qz vn̄ eēt p̄r et alter filī. facta assumptione et demōstra

to illo supposito. ip̄m non est ille p̄r nec ille filius. ut satis p̄z et dicit̄. sed si x̄pus assumpserit hūanitatē p̄p̄ri filij ab instāti siue cōceptōis ita q̄ hec hūanitas nō fuerit assumpta postq̄ fuit hō t̄m auget̄ difficultatē. Et dico q̄ in isto casu oportz p̄cedere q̄ petr̄ est filī x̄pi et p̄p̄s q̄ eadē p̄sona ē p̄r et filī sui et respectu sui. ut p̄z zc. **D** S̄z h̄ uidet̄ esse Augu. i. de tri. reputas p̄ euident̄ q̄ idēz nō p̄t generare se. Ad qd̄ dico q̄ in supposito x̄ps nō esset p̄r et filī s̄m eandē naturā sed s̄m vnā naturā humanā esset p̄r et s̄m aliam filī. impossibile est aut̄ q̄ idēz sit p̄r et filī respectu eiusdē. seu quidē gignat se s̄m eandē naturā. Et hec est intentio Augu. qm̄ reputat euident̄ argumentū ad p̄bandū distinctionē p̄sonaz in diuinis. qz deus est p̄r et dē filī. et impossibile est q̄ idē gignat se. s̄. s̄m eandē naturā in diuinis ubi nō est pl̄alitas naturaz diuiaz b̄n̄ ualeat argumentū suū. et sic patz p̄positū zc.

Ex oibz supra dict̄ sequunt̄ aliq̄ p̄p̄oes. Primo sequit̄ q̄ aliq̄s hō fuit ab eterno q̄ t̄m incepit̄ esse hō. Patz de christo q̄ dicit̄ anteq̄ abrahā fieret ego sum zc. Sc̄do sequit̄ q̄ aliq̄s hō nō p̄t non esse et t̄m p̄t eē q̄ null̄ sit homo. Patz. qz x̄ps hō nō p̄t n̄ esse. licz possit nō esse homo. hec t̄m est possibilis nullus est hō. et esset uera si dē anni hilaret oēm hūanitatē. Tercio sequit̄ q̄ hec p̄na nō ualet. deus fact̄ est hō ergo hō factus est deus. qz p̄ns est falsum et añs uerum. ut facilliter patz. nec est ibi ouersio. s̄z debet ouerti. ergo qd̄ factum est vel fuit deus. Quarto sequit̄ q̄ hec cōsequētia non ualet. deus factus est homo q̄ fact̄ est aliqd̄. vel suba. quia ly factū includit negationē. et ab inferiori ad supius cū negatione non ualet p̄na. Multa autēz possent inferri per logicaz ex supra dict̄. S̄z hec sufficiunt bene intelligentibus ad respondendū in materia de incarnatione uerbi. Et hec de primo articulo zc.

P Quantū ad sc̄dm̄ articulū in q̄ uidentū est de s̄bi uñioe gratifica et collatione p̄tutū. Rūdeo breuit̄ q̄ licz x̄ps siue aia christi habuerit plenitudinē gr̄e et uirtutē tantā q̄ non potuit habere maiorem. tamē dico cū mḡo in hoc tercio. dist. xxvi. q̄ nō habuit fidē p̄tutē nec spes. quia nō enigmatica sed clarissimā habuit p̄gnitionē et per speciem uidebat ea q̄ credebat uel sperabat

questio prima

sed ut in seq̄nti distinctione dicit mḡ. habuit caritatē et dilectionē tantā qua maior eē nō p̄t. et sic nō habuit illas tres p̄tutes theologicas q̄ ponunt̄ in uiatoribz sed habuit p̄fectiores. Sicut etiā dicit̄ de angelis et alijs b̄tis p̄p̄sorbz. Sed gr̄a huius uidentia sunt hic aliq̄ de p̄dictis tribz p̄tutibz theologicas. de q̄bz mḡ tractat in hoc tercio. Et p̄mo mouebo aliq̄ dubia cōia illis tribz p̄tutibz theologicas. Sc̄do aliqua sp̄alia de spe. Tercio aliq̄ de fide. De caritate aut̄ satis dicit̄ in p̄mo libro. Quantū ad p̄mū punctū erit p̄mū dubiū vtz necessario sit ponere tales tres p̄tutes theologicas in uiatore. et uidet̄ q̄ nō. qz p̄ter finem p̄sequendū sufficit p̄gnitio et dilectio. igit̄ habit̄ ex illis actibz generati sufficiūt. sed tales sunt fides et caritas. igit̄ spes nō est necessaria. Itē si eēt necessarie uel hoc esset p̄ter actū naturālē uel supnaturalē. Non naturālē. qz respectu cuiuslibet tal̄ sufficit uirt̄ naturālē. nec p̄ter supnaturalē. qz tal̄ nō est nob̄ in uia sed naturāl̄ credim̄ et diligim̄. Ad oppositū est illud apl̄i. nunc aut̄ manent fides. spes. caritas tria hec zc. igit̄ tres sunt p̄tutes distincte zc. Pro solutioe huius dico p̄mo q̄ nō p̄t p̄bari rōne naturalis q̄ indigeam̄ habitu supnaturali q̄cūqz ad p̄sequendū finē uicimū. Patz. qz nō p̄t eē rō naturalis ad p̄cludendū tales h̄i nisi p̄t opationes ad q̄s inclināt. nā oēs h̄i innotescūt nob̄is p̄ opationes. sed oēs opationes q̄s expimur mediātibz h̄itibz istis possum̄ exp̄iri mediātibz naturalibz. patz inductie.

Sc̄do dico q̄ ex h̄i q̄ b̄tudo est hōi cōferēda p̄ter merita nō p̄cludit̄ euident̄ q̄ aliq̄s h̄i supnaturalis sit hōi necessarius. Patz. qz dē p̄t aliq̄ez acceptare in puris naturalibz ad b̄titudinē sine q̄cūqz h̄itu supnaturali. et etiā reprobare sine oī pctō. sic patuit in p̄mo li. Et sic posset dē acceptare actū diligēdi deū. et p̄similr̄ actū credēdi et sp̄andi sine q̄cūqz h̄itu supnaturali. q̄ re zc. Tercio dico q̄ respectu oīm actū q̄s habem̄ uel h̄re possum̄ possum̄ habere h̄itū naturālē inclinantē. p̄ba. qz nihil oportz negari uel p̄cedi nisi uel p̄ rōnez uel exp̄ientia uel autoritatē. sed in supposito nullū istoz cogit̄ negare dictos h̄itus naturales. Itē oīs act̄ que expimur in nob̄is ē naturalis et uolūtate efficiēte. q̄re et si ponat̄ habitus supnaturalis p̄currere t̄m oportet

p̄cedere h̄itum naturālē acq̄sitū generatū ex actibz zc. Quarto dico q̄ illi tres habit̄ supnaturalis sunt nob̄is necessarij de potētia dei ordiata ad p̄sequendū b̄titudinē et h̄ p̄cise tenet̄ p̄r fidē et sc̄tor̄ autoritatem. Ad hoc facit̄ rō p̄ oppositū. Rō aut̄ sc̄da p̄us facta aut̄ oppositū p̄cludit̄ p̄mā p̄p̄nez p̄mā aut̄ rō soluet̄ inferri zc. **Q** Secūdū dubiū est de ordie istaz p̄tutū. s̄. vtz fides sit p̄or spe et spes caritate eo ordie quo apl̄s eas noiat. Et uidet̄ q̄ caritas sit p̄ior spe. qz act̄ caritatis est p̄or actū spei. Nam act̄ diligēdi p̄cedit̄ actū desiderandi. nullus em̄ desiderat nisi desideratū p̄us diligat. igit̄ et h̄itus zc. **O**positū. qz aliquis h̄z spem uel h̄re p̄t sine caritate nō eōuer so. igit̄ zc. Ad h̄ dico q̄ iste p̄tutes simul in fundunt̄. t̄m spes ē p̄or ordie caritate. Et qm̄ d̄i q̄ act̄ caritatis est p̄or. dico q̄ duplex est amor et ita duplex act̄. Est em̄ amor amicitie et amor p̄cupie. Act̄ amoris amicitie ē act̄ caritatis. et act̄ amoris p̄cupie est actus spei. S̄z act̄ amoris amicitie p̄supponit̄ actū amoris p̄cupie. q̄re zc. Tercū dubiū ē vtz corrupt̄ h̄itū supnaturalibz possint h̄i naturales remanere. Uidet̄ q̄ non. qz destructa caritate null̄ p̄t diligere deū sup oīa. eodez mō uidet̄ de alijs. Rūdeo q̄ h̄i naturales p̄t manere h̄itū supnaturalibus destructis. t̄m de alijs et alijs diuersimode ē dicit̄. qz h̄i natural̄ corrūdens caritati p̄t manere destructa caritate infusa de potētia absoluta. non de potētia ordinata. qz dē ordiatur q̄ qm̄ aliq̄s diligit̄ deū sup oīa q̄ t̄m mereat̄ h̄re caritatē infusā et deus eā statiz infundit. s̄z fides et spes acq̄sita p̄t b̄n̄ manere sine infusis. qz ita intēse p̄t vnus pagan̄ credere sic xp̄ian̄ s̄m fidē acq̄sitam nō t̄m p̄t deū sup oīa diligere nisi h̄ita caritate et fide infusis. qz isti simul infundunt̄ zc.

R Quartū dubiū est de p̄possibilitate istoz habitū cū alijs et sp̄al̄ difficultatē de fide uel spe vtz uel quō st̄t cū sc̄ia uel clara uisioe. Circa qd̄ sciēdū est q̄ p̄possibilitas istoz p̄t intelligi tripl̄r. Uno mō q̄tum ad h̄itū vn̄ et actū alteri. Sc̄do mō q̄tum ad act̄ vtr̄qz. Tercio mō q̄tum ad h̄itū uel vtz. dico p̄mo p̄ p̄mo mō q̄ gēralr̄ null̄ act̄ repuḡ h̄itū. et iō h̄i fidei p̄t stare cū actu sc̄ie uel clare uisiois. p̄z. qz n̄ ē maior nec aparet̄ tāta repugnantia int̄ ista q̄nta uidet̄ eē int̄ actū errādī et h̄itum sc̄ie circa eandē

tercū sententiā rū

conclusionem. sed ista possunt simul stare. qđ patet. quia ponamus qđ qđs habuerit de monstrationē alicuius conclusionis et modo nō recordet de hoc iste pōt elicere circa illā conclusionē actū dubitādi vel errādi. et tamē adhuc hz habitū scie qz est magis inclinatus ad actū sciēdi qđ erat añ habitū. et eodē mō pōt argui de actu intēperatiē et habitu rēpantiē. zc. Secōdo dico qđ p̄dicti h̄tus saltem sub tercio gradu nō repugnat inter se supposito etiā qđ actus repugnet. Patet. qz nō pl̄ repugnat h̄tus fidei h̄tibz scie. vel clare visionis qđ actibz eaz. et qđ actus sunt generatiui h̄tus. sed habitus fidei non repugnat illis actibz vt p̄batū est. Tercio dico qđ dubiū est z est p̄bleuma neutriū vtrū illi actus repugnet aut vtz simul stare possint. seu de facto simul stēt. quia eq̄ p̄babilit̄ p̄t sustineri vna ps sicut alia. Quarto dico qđ tñ dicta sc̄toz magis vident sonare qđ nec habitus nec actus stent simul. Un̄ p̄ceduntq̄ caritas tñ manet in p̄ria et fides et spes nō manent cū clara visioe. Et hoc idē cōcedo p̄pter autoritates sanctorū et nō p̄pter aliā rōnem z etiā de t̄po vt in p̄ncipio huius articuli dicit. **S** Circa secundū punctū est p̄mū dubiū de spe quō distinguatur ab alijs h̄tutibz sic ipse distinguit inter se. Nā ad p̄sequendū sine sufficit noticia et amor sed ad cognitionē satis inclinatur fides et ad amorē caritas. Et si dicat qđ spes requirit ad actū desiderij. qz oportet illud qđ creditur amat etiā desideret. Cōtra nō videt aliqd req̄ri ad p̄sequendū sine nisi qđ nō dat obiectū diligibile tanq̄ possibile a nobis haberi. et sic de alijs circumstantijs et tūc illud amef a nobis. Sz ad hec sufficiunt fides et spes igitur zc. Dico ad h̄ qđ spes et fides sunt virtutes inter se et ab alijs distincte qz qñ aliqua sunt in se sepabilia illa inter se distinguuntur. sz spes et alie h̄tutes theologice sūt huiusmodi. qz aliqđ pōt credere et nō sperare. sicut patet in desperantibz. similr qđs pōt amare et nō sperare sicut in p̄ria. similr aliqđs pōt sperare se habiturū b̄titudinē et tñ nō diligere caritative sicut p̄z in multis p̄ctoribz. igitur zc. Secundū dubiū est qđ sit obiectum spei. et qz deo videt eē obiectū cuiuslibz h̄tutis theologice. tūc est dubiū quō obiectus idē pōt eē istaz triū virtutuz. Et si sic itēz ē dubiū quō sint distincti h̄tutes maxie cū vn̄ h̄tute sufficiat respectu intellectus. alī respectu

volūtatis. Rūdeo qđ obiecta istaz h̄tutum imediata sunt diuersa p̄plexa. Nā obiectū fidei est h̄ p̄plexū. oē reuelatū a deo ē verū eo mō qđ reuelat a deo. obiectū autē spei est qđ b̄tudo est nob̄ p̄ferēda a deo p̄pter merita. obiectū autē caritatis ē hoc p̄plexū. deus ē diligēd̄ et oē qđ deo vult diligere a nobis caritative zc. Sed tūc est instātia de obiecto spei. et licz h̄tutū theologice deus sit p̄ncipale obiectū tñ nō creatura vt videt. b̄tudo autē est creatura. qre zc. Rūdeo qđ h̄z deo sit obiectū mediātū cuiuslibz h̄tutis theologice tñ hoc p̄plexū est immediatuz obiectum spei. s. visio et fructio diuina sine b̄tudo est hōi p̄ferēda p̄pter merita. Nō credo sic esse intelligendū qđ b̄tudo hōi cōferet si fm legem dei meritoze opet. qđ patebit inferi. **T**ercū dubiū est in qđ potentia pōnēda sit spes et qđs sit ei actus. Nā in intellectu nō apparet eē alī actus qđ actus credēdi qđ est actus fidei. in volūtate autē nō nisi actus amādī qđ est actus caritatis t̄ct̄ volēdi qđ nō est actus spei vt patz. et actus desiderandi qđ etiā nō est actus spei. qz pōt esse iō sperantibz zc. Ad hoc dico qđ actus spei ē volūtio et desiderijz efficac̄ qđ statim oñso p̄ fidē qđ b̄tudo est sibi p̄ferēda p̄pter merita statim elicit efficaciter actū desiderij meritozū qđ nō pōt eē iō desperantibz. Un̄ desiderij est duplex. vnum est respectu possibilij qñ aliqđs efficaciter desiderat aliqd tanq̄ possibile haberi ab eo. et illud nō est in desperantibus aliud respectu impossibilij. scz qñ aliqđs desiderat aliqd et credit illud sibi eē impossibile. et illud pōt esse in desperantibus. sz quōcunq̄ sit talis actus est in volūtate zc. **U** Quartū dubiū est cum fides et caritas inclinēt ad actum spei quomodo possunt esse virtutes distincte siue habitus distincti a spe. Respondeo qđ sicut respectu actus sciēdi potest esse duplex habitus quorum vnus inclinatur ad actum sciēdi mediate. scilicet habitus principiorum. Alius immediate. scilicet habitus conclusionis. in talibus primus habitus potest haberi sine secundo. Unde habitus principiorum non inclinatur ad actum sciēdi conclusionem nisi quatenus est causa sui actus. qui actus cū potentia intellectiua est causa sciēdi conclusionem immediatam et partialis. Et ideo inclinatur mediate quatenus est causa. et quia actus ille principiorum cum

questio prima

Intellectu sufficienter inclinatur ad actū sciēdi conclusionē. ideo non potest haberi ille actus sine scientia sed ille actus sciēdi post causatus et actu cognoscendi principiorum et intellectu immediate causat habitū scientie. qui postea cum intellectu sine actu vel habitu principiorum potest inclinare ad actum sciēdi immediate qui actus sunt generatiui et augmentatiui habitus scie inclinans ad sciēdi conclusionē immediate. qz habitus ille immediate sicut cā p̄ialis causat actum sciēdi illam conclusionē. Et sicut p̄m̄ actus sciēdi pōt esse vel causari sine habitu scie. et hoc h̄tute actus cognoscēdi principiorum. ita post habitū scie generatū pōt h̄ctū qz actus sciēdi conclusionem eandem esse et causari sine habitu principiorum et actu. Sic ergo est in dictis habitibus theologice ita qđ habitibus fidei et caritatis inclinatur ad actū p̄mum spei mediate. qz mediantibus actibus suis credēdi et diligēdi. quia qñ credo aliquid mihi possibile et diligo illud tūc illud efficaciter desidero ita p̄statim et illo in operationem meritozā p̄cedo et tūc p̄t primus actus spei haberi sine habitu spei acquisito. sed p̄us et illis actibus generatibus immediate inclinans ad actum spei qz ois habitus est causa immediata sui actus. Et sic p̄t poni qđ sicut duplex est fides et caritas scz acquisita et infusa ita et spes. et p̄ter istos habitus acquisitos sunt alij habitus alterius rōnis ab istis. s. infusi. si enī essent eiusdem rōnis frustra ponerent quia tunc habitus acquisiti eis corrūdetes sufficerent. **E**t istis ergo dictis licet pateat quis et qualis sit actus spei. tamē adhuc difficile est videre quō actus spei distinguatur ab alijs duobus scz ab actibus credēdi et diligēdi cum ambos includat. Ad qđ dico qđ illos includit. id est p̄supponit mō supra dicto. tamen est vnus tercius actus distinctus ab eis. hoc tamē non est euident. imo oppositum posset p̄babilit̄ dici. quare zc. Circa terciū punctū est p̄mū dubiū de fide. Vtrū sit tñ vna fides acquisita sicut vna spes et vna caritas. Ad hoc dico p̄mo qđ quilibet articulus habet fidē acquisitam. patet. quia aliquis pōt habere fidem acquisitam circa vnū articulū et nō circa aliū. imo errare circa aliū sicut patet de heretico zc. Secōdo dico qđ fides acquisita vnus articuli differt a fide acquisita alie

rius non solū nūero sed specie. patet qz qñ aliquid cui repugnat vnū contrariorū stat cum reliquo illud qđ sibi repugnat et ipm necessario differunt sp̄e. Vtrū gr̄a. dulcedo in lacte p̄parat̄ albedinē et nigredo non stat cum ea. sic igitur dulcedo et nigredo differunt specie. patet etiā p̄ rōnem qz qñ aliq̄ sunt eiusdem speciei qđ quid formaliter repugnat vni et alteri et qđ stat cū vno stat cū altero. patet de duobz albedinibz. sed fides acquisita circa vnū articulū stat cū errore circa aliū sed nō circa eundē. sz circa vnū si des acquisita et circa alium sunt distincte sp̄e. Et istud est argumentū generale ad p̄bandum distinctionē specificā. **Y** Secūm dubiū est vtrū sit tñ vna fides infusa respectu oim articuloz sicut vna caritas respectu oim diligēdoz zc. Ad hoc pōt varie rūderi. Vno mō qđ fides infusa hz aliquod p̄plexū p̄ obiecto immediato qđ pōt esse premissa ad inferendū quēlibet articulū fidei in speciali. et est illud. oē reuelatus a deo est verū zc. pone exēplū. Un̄ sicut illud p̄plexū est p̄ncipiū inferēdi quēlibet articulū in speciali. sic habitus fidei infuse cuius illud est obiectū immediatū inclinatur mediate ad actū elicītū circa quēlibet articulūz virtute illius p̄plexi. Nō sic tñ qđ ille h̄tute sufficiat cū intellectu elicere actus credēdi circa articulū in sp̄ali. imo nec ad actū credēdi illud p̄ncipiū qđ est suū immediatū obiectū sic patet in puero baptizato qđ hz fidē infusam et tñ nullū actū pōt elicere sine fide acquisita. **E**t his patz quō cadē fuit fides in antiquis p̄ribz et modernis. qz alio modo in sp̄ali credebant et alia credibilia qđ nos. imo aliqđ credebant qđ nūc est falsum. Credebant enī de futuro. nos de p̄terito. pone exēplū. zc. Un̄ tūc nō fuit p̄prie loquēdo idē articulus dicitur qđ mō. et tñ nō obstat ista diuersitate fuit in eis et in nob̄ vna fides i sp̄e qz idē p̄plexū fuit obiectū immediatū fidei eoz et nre zc. **T** Secōdo ex his patz quō nō repugnet qđ aliqđs habeat demonstrationē siue sciam. et tñ nō p̄dat fidē infusam. q̄uis p̄dat fidē acquisitā. sic aliqđs pōt h̄re fidē circa p̄ncipiū et noticiā euidentē circa conclusionē. s. p̄ceptiua. nō tñ pōt simul h̄re fidem acquisitā circa conclusionē et noticiā euidentē. Un̄ aliqđs p̄ h̄re fidē infusā circa istud. cōplexū. oē reuelatū et zc. et tamen habere scientiā respectu vnus articuli in speciali vt

tercū sententiā

fatis patet zc. Alio modo potest rñderi. q̄ non est inconueniens q̄ multoz effectuz specie distinctoz sit vna causa equiuoca. si cut patet de sole respectu hominis et asini. Et sic fides infusa tanq̄ causa equiuoca inclināt immediate ad actus credendi oīuz articuloz diuersos specie. z tamen non inclināt ad actum vnum circa omnes. quia nō inclināt nisi mediāte fide acquisita que est diuersa specie respectu diuersoz articuloz. Nam quot sunt articuli tot sunt fides acquisite et actus specie distincti zc. Nec ē inconueniens q̄ de^o causet in intellectu viatoris habitum fidei infusum inclināntes immediate ad credendū omnes articulos fidei supposita fide acquisita respectu vni^o cuiusq̄. Sed vtrum inclinēt ad credendū omnes vno actu pbabilius videtur q̄ nō. vt dictum est. tamē neutra pars est euides.

Si dō obijciatur q̄rendo quomodo potest saluari vnitas fidei respectu conclusionum oppositarū. s. Christus morietur z christus non morietur. quia cum habit^o naturaliter inclinēt sic inclināt ad actū suum q̄ non ad oppositū. Apostoli autem aū passionem credebant illud cōpletum. xps morietur. z post. illud. xpus non morietur. et tamen per eandem fidem. Respondeo q̄ si deo acquisita respectu vtriusq̄ cōplecti est alia et alia sed infusa eadem. Nec est inconueniens q̄ causa naturalis concurrēdo cū alia z alia causa partiali habeat effect^o contrarios sicut calor cū humido radicali cōseruat z confortat. et sine humido vel cum humido non naturali corrumpit z consumit. Sic etiam fides infusa cum fide acq̄sita inclināt aliquando ad istam. christ^o morietur. z aliquando ad istam. christus moruus est z non morietur. sed cum alio habitu vel actu acquisito. Eodem modo potest dici de primo obiecto spei q̄ aliq̄d cōpletum est eius obiectuz immediatū z mediante illo inclināt ad alia obiecta secūda ria spei. Et eodem modo etiam de caritate q̄ obiectum eius primum est aliq̄d cōpletum. s. deus. z omne quod deus vult a me diligi est a me diligendum. z mediante illo tanq̄ principio partiali inclināt caritas ad diligendum proximum mediāte. vt possumus dicere q̄ immediate inclināt ad omnia diligibilia caritative. Unde si diligam deum et omne quod vult a me diligi.

Secunda propositio quod tempus ad iudeos conuersos secundum tempus baptismi nec a principio sui nec post tercium concilium apostolorum excludit omnino circumcissionem tanquam illicitam nec alia legalia sed multo tempore post licite seruabantur. Nec legitime in scriptura quando fuerit circumcisio iudeis conuersis simpliciter prohibita. quia huius scriptura non producit ultra quintum annum neronis. scilicet non ultra. xxx. annum a passione christi et toto tempore illo iudei conuersi obseruabant leges quod eis licuit. Verisimile est tamen quod deus per apostolos vel illorum successores tempore determinato simpliciter prohibuit legalia obseruari. licet de hoc non habeat in scriptura. quia aliter ecclesia non teneret esse hereticum dicere legalia currere cum lege euangelica. ut extra de baptismo et eius effectu. ca. maiores. nisi deus hoc specialiter reuelasset etc. **T** Extra illud quod hic dictum est de exclusionem circumcissionis quo ad iudeos etc. videtur sensisse apostolum ad Galathas secundo. Ubi dicit se reprehendisse Petrum. Et hoc reprehensio facta fuit satis cito post illud tertium concilium suum predictum. quare etc. De isto facto Petri si errauerit vel non. videtur controuersia inter duos egregios apostolos Petrum et Paulum. et postea inter duos egregios doctores Augustinum et Hieronymum. de hoc tamen pono propositiones. Prima sit hec **Q**uod Petrus illo facto errauit. patet. quia licet apostoli in factis vel dictis potuerunt errasse. non tamen in scriptura scriptores alicuius partis scripture. cum ergo Paulus in epistola ad Galathas que est per scripture canonicam scribat quod Petrus reprehensibilis erat et non recte ambulans ad veritatem euangelij. sequitur etc. Secunda propositio **P**etrus in illo facto non errauit. quia leges seruauerit. quia post illud factum Paulus circumcidit Timotheum. et tota multitudo conuersa in iudea obseruabat legem Actuum duodecimo. quare etc.

quarti sententiarū

Tercia propositio est q̄ Petrus in illo facto errauit. vel quia in illo actu obseruabat legem subtrahendo se a gentibus in cibo et potu. et q̄ illud non erat faciendum videtur prius sibi fuisse monstratum Actuum decimo de Cornelio. vel quia non obseruans legem coram gentibus postea ueniebat iudeis eam obseruabat. Et utrumq̄ istorum potest poni multipliciter sicut declarat Scotus. in quo videndum est de plenius. Quarta propositio est q̄ ille error Petri fuit peccatum ueniale. quia melius est hoc dicere dummodo possint saluari uerba Pauli. Nec illud factum Petri potest excusari propter scandalum uitandus in iudeis. quia non erat ibi materia scandalis perfectis aut paruulis. sed solum pharisais. de quo non erat curandum exemplo christi Mathei. xv. de comestione manibus non lotis etc.

U Ad rationes ante oppositum. Ad primum patet quid dicendum. Ad secundum dico q̄ baptisati a Jobane in forma baptisati christi quam forte sciuit. vel a discipulis christi vel alias. non erant rebaptisandi. Ad tertiam dico primo q̄ christus in nullo soluit legem quo ad spirituales sensum qui uiuificat. sed bene quo ad litteram que occidit. iuxta uerba apostoli. Dico secundo q̄ circumcisio data fuit in seculum sempiternum vel in se vel in equitate. modo christus non euacuauit circumcisionem quo ad fructum eius. quia dedit sacramentum equivalentis fructus. imo maioris. Dico tertio q̄ quantum ad gentiles conuersos preceptum de circumcisione fuit reuocatum in tertio concilio auctoritate Petri et Jacobi imo spiritus sancti quia ibi dicitur Usus est spiritus sancto et nobis etc. Quantum uero ad iudeos supponitur reuocata aliquando. licet tempus reuocationis non legatur in scriptura. Quod autem dicitur christum circumcisionem obseruasse soluitur per hoc q̄ lex uetus non debuit statim dimitti. sed ipsa in morte christi casualiter exspirauit quando dictum est consummatum est. non tamen pro tempore publicatiouis huius cause et noue legis. Et ideo uisus ad mortem decessit christum illa ceremonialia obseruare.

Et hec de questione.

Questio tertia

De uariis iaz

Q quasi omnia declarata sint que tractat magister distinctione tertia usq̄ septimam distinctionem huius quarti libri. tamen adhuc specialiter videndum est de effectu baptisati de quo aliquo modo agitur in quarta distinctione. Ideo quero utrum omnes suscipientes baptismum equaliter recipiant baptismi effectum. Et arguo primo q̄ non. et q̄ plus recipit adultus q̄ paruulus. scilicet maiorem gratiam. quia omnis ratio que est de paruulo ut recipiat gratiam est etiam de adulto rite baptisato. et propter hoc adultus talis habet meritum personale quod non habet paruulus. quare eadem datur maior gratia q̄ paruulo etc.

Secundo arguo q̄ plus recipit paruulus q̄ adultus. scilicet q̄ plus sibi ualet in casu baptisati q̄ adulto. quia ponamus q̄ adultus uenit ad baptismum cum deuotione et contritione. tunc arguo sic. In casu isto baptismus multo minus potest adulto q̄ paruulo. quia tam bonus est quod confertur paruulo per baptismum q̄ malum est illud quod haberet paruulus si careret baptismum. sed illud est peius q̄ malum quod accideret adulto si non baptisaretur in casu predicto. quia illud foret carentia uisionis diuine in eternum pro peccato originali. sed adultus uolens baptisari ipsa uoluntate purgatur ab originali peccato. quia si sine baptismum decederet haberet uitam eternam. ergo illud est sibi debitum ante baptismum. et per consequens minus sibi confertur per baptismum q̄ paruulo.

Tercio arguo de duobus adultis uel de duobus paruulis. quia de duobus adultis baptisatis unus recipit gratiam et alius non si unus sit magis deuotus q̄ alius. Etiam de duobus paruulis baptisatis quorum anima unus sit perfectior et melior in naturalibus q̄ anima alterius. Arguitur sic. Licet sacramentum quantum est de se equaliter conferat gratiam in anima utriusq̄. tamen cum actus actiuorum sint in patiente disposito secundo de anima. sequitur q̄ in anima nobiliori causabitur plus de gratia.

questio tertia

Et confirmatur. quia secundum magistrum libro secundo. distinctio. secunda. deus contulit angelis in sua prima creatione maiorem gratiam uel minorem secundum naturalium differentiam. igitur etc. Oppositum arguitur sic. Nullus suscipiens baptismum recipit baptismi effectum nisi in uirtute et ex merito passionis christi sed meritum passionis christi est equale omnibus in christo renatis. igitur etc. Quia hic queritur de effectu baptismi qui triplex est. capiendum effectum large et improprie scilicet characteris impressio. gratie infusio. culpe et peccati dimissio. Ideo de his tribus per ordinem in tribus articulis uidentur etc.

B Quantum igitur ad primum articulum in quo uidentur est Utrum in baptismum character impressum tria sunt uidentur. Primo de characteris descriptione.

Secundo de characteris conditione. Tercio de characteris impressione. De primo puncto sciendum est q̄ character in proposito ut sumitur apud theologos est signum spirituale impressum suscipienti sacramentum non iterabile indelibiliter manens postquam est semel impressum et distinguens suscipientem tale sacramentum a non suscipiente.

De secundo puncto patet ex predicta descriptione q̄ aliquid conditiones seu proprietates attribuunt characteri. scilicet q̄ est assimilatiuum distinctiuum. figuratiuum. dispositiuum. rememoratiuum. et obligatiuum. Prima conditio characteris est q̄ est signum assimilatiuum scilicet huiusmodi Et hec conditio et sequens conueniunt characteri naturaliter et sunt communes tam ei q̄ cuiuslibet alteri forme. Secunda conditio est q̄ est signum distinctiuum scilicet a non habente. Tercia est q̄ est signum configuratiuum seu conformatiuum. scilicet christo. nam per ipsum ascribitur quasi familie christi. Quarta conditio est q̄ character est signum dispositiuum scilicet ad gratiam tanquam causa sine qua non. Et hoc solum ex uoluntate et ordinatione dei. non ex natura rei scilicet quod deus sic ordinauit quod baptisatus prius aliquid modo recipiat characterem. et postea characterem recipiat gratiam nisi ponat se obicere. Quinta conditio est q̄ character est signum rememoratiuum seu recordatiuum scilicet suscepti sacramenti. Et hoc ex diuina ordinatione que uult characterem sic inducere in noticiam sacramenti suscepti. Sexta conditio est q̄ character est signum obligatiuum. scilicet ad legem christi eo modo que suscipiens sacra-

mentum obligat per eius susceptionem plus q̄ non suscipiens etc. Et de tertia propositio pono aliquas propositiones. Prima sit hec q̄ characterem imprimi anime non potest probari aut improbari per rationem naturalem nec per efficacem seu expressam biblicam auctoritatem. Primo q̄ non possit sic improbari saltem receditur. sed q̄ nec possit sic probari. patet. quia illi qui ponunt characterem imprimi non inducunt ad hoc rationem naturalem que ualeat nec auctoritatem biblicam cogentem. nec probant q̄ magis imprimatur in baptismum q̄ in circumcisione. et tamen ipsi negant in circumcisione. Secunda propositio est q̄ characterem imprimi ante maxime in baptismum magis q̄ oppositum est sonum auctoritati ecclesie et rationabili congruentie. Auctoritas enim ecclesie uidetur magis hoc sonare q̄ oppositum. Extra de baptismum et effectu eius. Maiores. Ubi uidetur dicere q̄ aliquid recipiunt characterem sacramenti quibus non re. hec tamen auctoritas non cogit. quia possit exponi q̄ intelligit per characterem ipsum baptismum sicut quibus facit magister. Congruentia tamen est ad hoc q̄ rationale uidetur et congruum q̄ quod libet receptus in dei familia aliquid permanens recipiat quo distinguitur ab alijs.

Tercia propositio est q̄ si character sit aliquid est forma absoluta et non relativa contra seotum qui dicit q̄ utrumq̄ potest teneri. Et intelligit per formam relativam rem aliquam que non est res absoluta. Contra que dico q̄ omne quod est res absoluta et quod nihil illo modo est res relativa scilicet distincta ab absoluta quod habet alibi probari.

Quarta propositio est q̄ convenientius ponitur q̄ character est qualitas de prima uel tertia specie q̄ de secunda. contra Scotum qui ponit q̄ est de secunda specie qualitatis. Character enim si aliquid est. est habitus uel dispositio passio uel passibilis qualitas. sed non est naturalis potentia. quod ipsa dicitur in respectu ad actum potentie actiue uel passive quorum neutrum conuenit characteri. Non enim uidetur potentia naturalis actiua respectu actum naturalium. quod omnes tales actus sufficienter producere habitus naturales et infusi. Nec est potentia naturalis actiua respectu actum supernaturalium. quod tales actus sunt immediate a deo. Nec potest esse potentia passiva respectu predictorum actum. quod actus est sufficiens passiuum respectu illorum.

quarta sententiarum

Quinta propositio quod character sicut est in anima ita est in qualibet eius potentia. quia idem sunt. Si tamen potentie anime distinguerentur ab anima vel inter se tunc character ueniretius poneretur subiectiue in esse substantie anime quam alicui eius potentie contra Scotum quod simpliciter ponit quod est in voluntate et tamen uidetur tenere quod hec potentia distinguitur ab ipsa substantia anime quod uidetur minus consequens quod frustra uidetur poni character in potentia anime nisi ut sit principium sui actus. sed character non uidetur esse principium alicuius actus nec inclinare ad aliquem actum ut dicit Ockam quod dat exemplum de habitu religiosi per quem distinguitur a non religioso et obseruatias certas significatur promississe ad quas obligatur. qui tamen habitus non est principium alicuius actus. quia ad nullum inclinatur. Sic est de characteribus et ceteris. Ideo uerisimilius dicitur esse in essentia anime subiectiue quam nullum actum connotat quod in potentia quod connotat actum.

Sexta propositio quod si potentie anime distinguerentur realiter inter se sicut tenet sanctus Thomas et character ponitur in aliqua potentia anime adhuc conuenientius ponitur in uoluntate quam in intellectu. quod ut dicit Scotus dispositio ad formam est in eodem susceptiuo cum forma. sed character est dispositio quedam ad gratiam quod est in uoluntate. igitur et cetera.

Septima propositio quod licet character de lege ordinata sit signum indelibile non tamen simpliciter et absolute. quod de absolute posset illud separare a subiecto et destruere subiecto remanente. Octaua propositio quod characteres in diuersis sacramentis impositi sunt alterius et alterius speciei. quia licet accidentia eiusdem speciei possint esse in eodem subiecto tamen hoc non est ponendum sine aliqua necessitate id est sine ratione experientia uel auctoritate cogente. sed hic non est aliquid tale sed potius uidetur ratio ad oppositum. quia character impositus ad distinguendum. nunc autem si in tribus sacramentis irreuerentibus in quibus impositus character. scilicet in baptismo confirmatione et ordine characteres essent eiusdem speciei per eos non distingueretur baptisatus a confirmato aut sacerdos a baptisato uel confirmato et cetera. Et hec de primo articulo.

Quantum ad secundum articulum in quo uidendum est Utrum in baptismo gratia infundatur. quod ita posset queri de alijs uirtutibus ponam tres conclusiones. Prima est

quod cuiuslibet rite suscipienti baptismum infunditur gratia. Secunda quod cuiuslibet rite suscipienti baptismum infunduntur alie uirtutes theologice siue supernaturales. scilicet fides et spes. Tercia quod nulli quantuncumque rite suscipienti baptismum infunduntur uirtutes morales. Et istas tres conclusiones declarabo per ordinem. Prima igitur conclusio probatur sic. Et intelligendo de illo suscipiente quod antequam suscipit non habet gratiam. tunc de tali arguitur quia sibi dimittit mortalis culpa. igitur ei infunditur gratia. Antea patet. et contra patet ex prima conclusione tertijs articuli prime. quod quod de lege ordinata non dimittit mortalis culpa sine infusione gratie. Et aduertendum est quod hec conclusio est intelligenda prout licet rite imponatur dispositio baptismi quod non requiritur necessario ad esse sacramenti sed ad bene esse cum ceteris necessario requisitis. quod si licet rite imponatur dispositio necessario requisita tam sacramenti. sic non oportet et cetera. sicut patet in multis malis rite baptisatis quo ad necessaria. igitur et cetera. Secunda conclusio probatur scilicet quod alie uirtutes puta fides et spes infunduntur in baptismo rite suscepto ad sensum iam expositum. Pro cuius declaratione pono aliquas propositiones. Prima sit hec. Quod gratia de potentia dei absoluta potest infunditur sine alijs uirtutibus theologis scilicet fide et spe. Patet. quod caritas est quod absolute quod non dependet a fide et spe. igitur et cetera. Secunda propositio. quod non potest efficaciter probari per rationem uel auctoritatem quod gratia de lege ordinata non potest diuidi seu non infunditur in baptismo sine alijs uirtutibus theologis scilicet fide et spe. Patet quod non per rationem quia cum oppositum absolute possit fieri non uidetur posse fieri ratio efficax ad probandum quod non fiat uel non possit fieri de lege ordinata nec aliqua solet adduci. Patet etiam quod non per auctoritatem. quia ille auctoritates qui non crediderit condemnabitur. Bar. ultimo. Ad hebreos. xj. sine fide impossibile est placere deo. Et si que sint similes que possent induci ex biblia possent omnes intelligi de adultis non de paruulis. Auctoritas etiam ecclesie extra de trini. et fide ca. li. vij. non uidetur cogere. quod non uidetur ibi determinate simpliciter ita esse. sed dimittit auctoribus disputantibus. igitur et cetera. Tercia propositio est. Quod probabilius est quod oppositum quod gratia de lege ordinata non potest infundi seu

questio tertia

non infunditur in baptismo sine fide et spe patet. quia non uidetur rationabile quod deus unum infunderet sine alijs. et communiter doctores tenent quod omnes infunduntur in baptismo etiam paruulorum. et ad hoc magis declinat auctoritas ecclesie ubi supra. Et sic ex hoc patet conclusio intuenti. Et Tercia conclusio probatur scilicet quod uirtutes morales nate acquiruntur ex actu non infunduntur in baptismo de communi lege. quia aliquis ante baptismum habens uirtutes morales uiciosos quibus rite baptisetur tamen sentit se per unum ad uicia conuersa sicut prius. igitur tunc manet habitus inclinans ad talia peccata. Sed non uidetur quod deus infundat unum habitum et non expellat habitum contrarium. igitur et cetera. Nec ualeat ratio quorundam dicentium oppositum conclusionis propter hoc quod deus non minus profecte operatur in operibus gratie quam nature. sed non inuenitur quod deus in naturalibus det principium aliquorum operum nisi de oia necessaria ad illa opera. sicut natura non dat uirtutem uel potentiam progressiuam nisi det organa et cetera. modo habens gratiam siue caritatem habet principium omnium operum meritoriorum que non possunt exerceri sine uirtutibus moralibus. igitur et cetera. Nec enim ratio assumit falsam. pro quo dico aliquas propositiones.

Prima est quod sepe contingit in operibus nature quod deus dat principium alicuius operationis. et tamen non dat actualiter necessaria ad illam operationem. Exemplum. deus creando hominem dat sibi principium respectu alicuius sciendi et uolendi quia intellectum et uoluntatem. et tamen non oportet quod det sibi tunc habitum per quos potest et sine quibus non potest faciliter in talia opera. sed sufficit quod det sibi potestatem acquirendi tales habitus. sic est in proposito et cetera. Secunda propositio est tunc communiter deus dat alicui nature principium alicuius operationis dat etiam necessaria ad illam. quoniam scilicet illud principium est ex se sufficiens ad talia exercenda sicut est in illo exemplo de uirtute progressiuam. sic autem non est in proposito. Pro qua sit tertia propositio quod caritas infusa saltem cum caritate acquisita est sufficiens principium cuiuslibet operis meritorij sine uirtutibus moralibus. quia caritas inclinatur immediate ad actum cuiuslibet uirtutis. Ideo dicit Breg. quod omnia precepta sunt unum in radice caritatis. Et hoc modo etiam uirtutes sunt

connette in caritate. quia caritas inclinat ad actum cuiuslibet earum licet non ita proprie et expedite sicut cum alijs uirtutibus igitur et cetera. Ex his sequitur correlatiuam solutionem unius obiectionis scilicet quod licet deus in baptismo infundat uirtutes in parte intellectiua et non in parte sensitiua. quod uirtutes dicuntur morales. tamen deus perfecte sanat hominem in baptismo quia dat omnia necessaria ad salutem. Nam ille uirtutes morales non sunt necessarie ad salutem. dat etiam homini uirtutes tales uirtutes acquirere et cetera. F.

Contra primam conclusionem et secundam arguitur ex tertia. quia tam incoposibilia sunt amor habitualis et odij habitualis respectu eiusdem obiecti quam incoposibilia sunt fides et scientia respectu eiusdem obiecti. sed fides et scientia non stant simul respectu eiusdem obiecti. igitur nec prima. Sed habens habitum acquisitum odiendi deum non obstante tali habitu potest nihilominus habere unum actum quo potest diligere deum et uelle baptisari. et sic rite suscipere baptismum. et tamen tunc non potest per habitum odiendi plus habitum per predicta in tertia conclusione. igitur non recipit gratiam siue caritatem propter incoposibilitatem caritatis et odij habitualis. Et ita posset argui de alijs uirtutibus theologis. Et si dicatur quod isti habitus non sunt incoposibiles. quia unum est infusus et alter acquisitus. Contra. illi habitus sunt incoposibiles quorum actus sunt incoposibiles. aliter non potest probari incoposibilitas habituum sed actus istorum habituum sunt incoposibiles. igitur et cetera. Item aut habitus infusus in baptismo sunt eiusdem speciei cum acquisitis aut diuersarum. Si diuersarum. tunc cum habitus infusus sit perfectior inclinabit ad perfectiorem actum. et perfectius inclinabit quam habitus acquisitus. et per hunc cum acquisitus inclinatur ad actum omni alio circumscripso ergo multo magis habitus infusus et cetera. ergo paruulorum poterit in actum fidei. Si autem sint eiusdem speciei tunc poterunt facere infusi quicquid faciunt acquisiti. quod patet falsum de paruulo ut prius. Item queritur quare ponitur quod uirtutes theologice in baptismo infunduntur cum habitus inclinatur ad actus quos paruuli habere non possunt. uidentur igitur frustra. Ad primum dico quod illud primum assumptum et similia debent intelligi de habitibus

quartū sententiarū

acquisitis. et sic sunt vera. alias nō. quia in illis tanta est repugnantia habitū quāta actū. quia acquiruntur et augmentantur et actibus. sed vnus infusus et alius acquisitus non repugnant. sicut fides infusa et scientia non repugnat. quia habitus infusus non requiritur ex actibus nec augmentatur. sed solum se habet actiue ad actus. Et quādo dicitur actus sunt incōpossibiles igitur habitus. sequentia non valet nisi solū de habitibus acquisitis per actus. Ad secundum dico quod habitus infusi distinguuntur specie ab acquisitis. sed non sequitur ultra igitur magis inclinant ad actus quāuis sint perfectiores. sed bene sequitur quod quando cōcurrunt ad actū faciunt ipsum perfectiores.

Ad tertium dico quod illi habitus licet nō valent ad eliciendū actus tempore infusite tamen valent quā erit adultus. quia tūc per illos poterit in opa meritoria medianribus acquisitis et valent sibi quocūque tempore vt ostendatur diuisus a filiis pēditōis et. Et hec de secundo articulo.

B Quantum ad tertiam articulū in quo videndū Utrum in baptismo omnis culpa et pena dimittatur ponam tres conclusiones. Prima erit de culpe dimissione. Secunda erit de pene remissione.

Tercia erit de pncipalis questio solutio ne. Prima igitur conclusio sit ista quod cui libet rite suscipienti baptismū omnis culpa tā mortalis quā venialis dimittit. Et intelligo p rite suscipientem illum qui nō ponit se obicem scilicet quod penitet de peccatis et.

Pro declaratione huius conclusionis ponam aliquas propositiones. Prima sit hec quod non ideo in baptismo dimittit culpa quia in ipso infundatur gratia culpe contraria. et ipsius tanquā sui contrarij expulsiua contra aliquos qui pbant p dicitam conclusionem p hoc quia in generatione qualibet per inductionem vnus forme omnis forma cōtraria expellitur et etiam dispositio ad formam contrariā. sed baptismus est generatio ad vitam eternā. et culpa et gratia sunt contraria. igitur in baptismo infusio grē tollit culpam originalem actualem et veniale et. Hec enim ratio non valet. Tum quia petit principium. nam magis clarum est quod in baptismo culpa dimittat quā gratia conferatur Tum etiam. quia non pbat de peccato veniali cum ipsum stet cum gratia. sicut

ulterius hec ratio assumit falsum. Pro quo sit secunda propositio quod gratia et peccatum sine culpa non sunt pncipie contraria. quia gratia quo ad omne illud quod est in ea positum et absolutū potest stare cum qualibet culpa. et hoc dō potentia dei absoluta. sicut tūc nō esset gratia id est nō faceret tunc aliquē esse gratū deo. Quia igitur gratia repugnet culpe non est naturaliter sed libere scilicet ex voluntate dei libere acceptantis talem qualitatem vt faciat aliquē gratū cum quod nō stat ipsum esse in peccato. sic non stat quod sit amicus et inimicus dei. Tercia propositio est. quod non potest probari naturali ratione sed solum debet credi simplici fide omnes culpā dimitti in baptismo. Quia debet credi patet. quia creditur quod rite baptisatus siue dignus est dignus vita eterna. sic quod si decederet tunc statim haberet eam. Ideo et. Sed quod illud non possit ratione pbari patet. quia supposito quod forma gratie formaliter repugnet actui peccati vel habitui vicioso p fenti. quod tamen falsum est. adhuc videtur clarum quod non sic repugnat actui preterito qui nullum habitū relinquit. quia pncipaliter corrumpit. nec repugnat obligationi ad penam formaliter. Nam deus absolute posset manente obligatione ad penam eternam infundere gratiam et dimittere culpam sine iniusticia. sicut posset aliquē eternaliter punire sine demerito. licet illa punitio non esset pncipie pena quia pena dō respectu culpe sed pncipie diceret dolor.

B Et predictis patet de conclusionem. Sed hic est dubium vtrum culpa originalis possit dimitti in baptismo sine culpa actuali. etiam in adulto videtur quod sic. quia sic peccatum contractum cum consensu non remittitur sine consensu. ita contractus sine consensu remitti potest sine consensu per vim sacramenti. Si ergo adultus suscipiens baptismū nō consentit nec dimittit et dimisit peccatum actuale illud non dimittitur. quia dimissum cum consensu. igitur cum peccatum originale sit in eo contractum sine consensu videtur posse dimitti sine consensu virtute sacramenti. quare et. Ad istud dico quod adulto non dimittitur peccatum originale quod dimittatur actuale. Cuius duplex ratio assignatur de baptismo et eius effectu. quare vna est. quod deus ex toto facit bonum et non ex parte. ideo dicit Augustinus Impium est a deo dimidium sperare veniam. quia si de

questio tertia

alicui dimittit aliquod peccatum mortale dimittit omnia que habet. Alia est. quia p remissione originalis aperitur ianua paradisi et peccato actuali debet pena eterna. quare et. Et ad argumentū in contrariū dico quod verum concluderet scilicet quod peccatum contractum sine consensu et. nisi esset aliud impedimentū speciale quale est in adulto preter peccatum contractum sine consensu scilicet peccatum actuale sine quo nō potest dimitti aliquid et. Et intelligo ista de lege ordinata.

I Secunda conclusio de pene remissione sit ista. quod nulli quocūque rite suscipienti baptismū remittitur omnis pena. Pro cuius declaratione sciendū est quod duplex est pena. Una eterna. Alia temporalis. Et temporalis est duplex. vna voluntarie contracta. alia naturaliter infligta. Iuxta hoc ponam aliquas propositiones. Prima sit hec quod pena eterna remittitur in baptismo. quia baptismus redditur dignus vita eterna. igitur et. Et hoc verum est de rite baptisato cui ante baptismū non est remissa. igitur et. Secunda sit hec quod pena temporalis voluntarie contracta. ad debita pro peccato voluntario remittitur in baptismo. Et hoc verum est in adulto rite baptisato cui nō est prius remissa seu qui ante susceptionem baptismi erat obligatus ad eam sed in paruulo baptisato nō remittit talis pena quia ad nullam talē obligatur et. Tercia conclusio. pena temporalis naturaliter infligta non remittitur in baptismo. quia talis pena que cōsequitur omnē hominem sine cōtinuam cursum naturę sicut elurire sitire et huiusmodi durat ita post baptismū sicut ante. Et hoc solū ex ordinatione diuina. quia posset oppositum facere si vellet. Et sic patet quomodo in baptismo remittitur pena et quod non.

R Et predictis patet correlarie quod licet nulla sit causa a priori. quare non licet iterare baptismū et quod si iteretur de facto nullū habet effectum nisi sola institutio diuina. tamē ista institutio est rōnabilis. quia aliter daretur occasio et incentiuum delinquenti cū in baptismo sit plena remissio culpe pene vt dictum est Unde nō valet illa ratio quod aliqui assignant scilicet quia in baptismo imputatur character qui est indelibilis. Nam hec est probatio per immanifestius. A principio enim institutionis baptismi manifestum fuit quod nō licuit iterari. quare autem character im-

primatur non fuit nec est sic manifestū nec ex scriptura. nec ex autoritatibus sanctorū Unde si multum fuisset de eo tractatum a sanctis magister sententiarum de eo fecisset mentionem. qui tamen de e characterē in toto tractatu de baptismo non loquitur nisi in vno loco. vbi dicit. quod ab hereticis baptisati sunt seruator characterē xpi baptisandi nō sunt. Ibi autem vocat characterē xpi formam baptismi xpi sic patet ex textu. Et sic nihil loquitur de characterē sine illam significationē qua vtimur et de qua supra. quare et. Pena autem iterantium baptismum tam pferentiū quā suscipientiū est irregularitas. Extra dō apostat. Et litera. nisi ignorantia facti excuset sic potest. Ut de se. distin. iij. de quibus ignorantia iuris hie nō excusaret. Est etiam differentia si illa iteratio fiat publice vel occulte. quia in prima solū papa potest dispensare. In secunda vō forte potest episcopus sine Scorum qui in hac materia inuehit contra canonistas nō semper bene attendentes formam verborum iuris. nec distinguentes dicta decreti quādo sunt a legislatore vel ab alio et. Et predictis ergo patet quare baptismus nō iteratur. scilicet quia ibi dimittitur pena et.

I Sed contra illud arguitur Quia sic nullū bonū irremuneratū ita nullū malū impunitum Si autem in baptismo remittatur pena et tunc aliquod malum est impunitū quod est iniustum. Ad hoc dico primo quod nullum bonum meritorium fit quod nō premiatur a deo. Dico secundo quod aliquid peccatum fit quod nō punitur a deo sic est in proposito. Et hec est. quia deus est promissor ad remittendū et premiandum quod ad puniendum. Dico tertio quod nullum peccatum est quod nō puniatur quia ipsummet est sibi pena. Dico quarto quod nullum peccatum remanet impunitum a deo. quia quodlibet peccatum quod remanet punit a deo. sed in proposito peccatum nō remanet. Ideo et. Tercia conclusio de pncipalis questio responsio ne sine ad titulum questionis propositę respōditur sit ista. quod nō omnes suscipientes baptismū equaliter recipiunt omnes baptismi effectū. Pro cuius declaratione pono aliquas propositiones. Prima est quod omnes baptisati equaliter recipiunt primū effectū baptismi. scilicet characterē. quia ille est similis in omnibus baptisatis. Secunda est quod non oēs

quarti sententiarū

baptisati equaliter recipiunt secundū effectum baptismi scilicet gratiam. quia alii non recipiunt. Tercia quoniam non omnes baptisati recipientes gratiam equaliter recipiunt eam. quia aliqui plus et aliqui minus. Pro cuius probatione pono aliquas propositiones. Quarta propositio sit hec quod adultus baptisatus recipiens gratiam. maiorem recipit quam paruulus. quia adultus quantumcumque habeat tenuem voluntatem dum tamen consentiat recipere sacramentum et non se ponat obicem ad gratiam haberi meritum. prout quod non habet paruulus. ideo est magis dispositus quare etc. Sed contra. Pono quod adultus toto tempore baptismi et post peccata venialiter. videtur esse indispotus aliquo modo qualiter non est paruulus qui nullam habet indispotionem. igitur in hoc casu paruulus maiorem recipiet gratiam. Hic dico quod peccatum veniale nullo modo prohibet gratiam infundi nec actum meritorium si simul habeat. Et supposito quod peccatum esset aliquo modo indispotus ad gratiam. quod tamen cum ipsa stat aliqua dispositio scilicet meriti que non est in paruulo. et est maior dispositio quam ipsum sit indispotus. ideo etc. Quinta propositio stat de lege ordinata quod de duobus paruulis baptisatis vnus recipiat maiorem gratiam quam alius. quod in parentibus vnus vel in ministro conferre potest esse maior motus deuotionis quam alterius. propter quorum merita deus vni paruulo potest conferre maiorem gratiam quam alteri. Sed hoc non est virtute baptismi sed meriti. Et dicit scotus quod hoc modo forte fuit de beato Nicolao quod parentes eius meruerunt sibi talem gratiam que fuit principium tam mirabilis effectus ut duobus diebus in ebdomada vnica lactatione contentus maneret. Et quo ad hoc melius est puerum a bono sacerdote baptisari quam a malo. quod eius orationes quas facit in baptismo magis exaudiunt et valent illi pro quo fiunt quam orationes mali. Et quo sequitur correlarie quod stat de lege ordinata quod duo paruuli inaequaliter premient in celo patet ex dictis. prout etiam ex alio. quia paruulus confirmatus moriens habet maiorem gloriam quam baptisatus tamen et non confirmatus. Et ideo sicut dicit Adam ex pediret quod ista duo sacramenta scilicet baptismus et confirmatio sine magna mora inposita conferrentur si adesset semper qui possit.

sed episcopus non semper est presens. ideo non est consuetum fieri. Aliter tamen dicit Dohkor de ista confirmatione licet non neget predictam viam scilicet quod licet paruulus baptisatus et confirmatus habeat duas gratias et alius vnam tamen. gratia tamen confirmatoris non est gratia vniuocum cum alia nec redit habentem digniore vita eterna. sed nata est reddere fortiore habitum fidei. Ad quem effectum specialiter ordinatur. Et sic patet de secundo effectu baptismi. A

Sexta propositio quod non omnes baptisati recipiunt equaliter tertium effectum baptismi scilicet remissionem culpe et pene. quia alii non recipiunt. Septima propositio quod non omnes baptisati recipientes predictum effectum equaliter recipiunt ipsum. patet ex dictis in prima et secunda conclusionibus.

Octaua propositio est quod omnes baptisati equaliter recipiunt effectum baptismi quantum est ex parte baptismi. et hoc probat ratio postposita questionis. Est quandoque sit inequalitas hoc est ex parte dispositionis alterius et alterius alio et in alio suscipiente. vel in alijs pro eo sicut patet ex supradictis. Et sic patet de conclusione. D Sed hic est dubium vtrum sit de lege ordinata quod gratia vnus adulti sit equalis vel minor quam gratia baptismalis vnus paruuli. Videtur quod sic. quia cum iste sunt eiusdem speciei et prima non excedat in infinitum secundum sequitur quod gratia huius adulti poterit diminui quousque fiat equalis vel minor etc. Dic potest dici primo quod quelibet gratia debita merito personalis est maior quam gratia infusa in baptismo seu gratia baptismalis. et ideo est dare minimum actum meritorium qui habet per se subsistere cui respondet gratia vna minima data pro merito voluntatis. licet non sit minimus actus meritorium simpliciter. quod quelibet pars illius actus meritorij et quelibet pars gratie est gratia. non tamen possit voluntate viatoris fieri actus meritorium per se existens minor isto. ideo non est possibile quod vnus adultus mereatur in duplo minus et iterum sic usque ad equalitatem paruuli. quia stat est in minimo actu meritorio per se existente qui est maioris gratie meritorium quam sit gratia paruuli. Et si dicatur nihil est tam in potestate voluntatis quam actus vnus. ergo quocumque dato potest causare minimum. concedendo quod minor est. sed non erit

questio quarta

meritorius. licet pars huius actus meritorij sit minus meritum. sed si per se existeret non esset meritum. Exemplum. medietas huius ignis agit ad aliquam distantiam ad quam non ageret si per se existeret. sicut patet in casu.

Secundo modo potest dici concedendo conclusionem scilicet quod possibile est ad illum cathecuminum mereri tantam gratiam ante baptismum precise quanta conferret paruulo in baptismo. Item potest concedi de peccatore quod potest ita remisse conterere cum talibus circumstantijs quod non habebit maiorem gratiam quam paruulus in baptismo. Tercio modo potest dici quod predicte gratie scilicet baptismalis et gratie meriti personalis non sunt comparabiles. quod non sunt eiusdem speciei. Unde secundum Thomam gratia baptismi et confirmatoris. et gratia virtutis et donorum distinguuntur secundum speciem. quia ad alios effectus ordinatur. Et secundum hoc si sit verum patet de dubio et per consequens de questione principali. B

Tunc ad rationes. Ad primam patet quid dicendum. Ad secundam concedo quod in casu baptismi paruulus potest paruulo quam adultus. scilicet quando adultus ante baptismum est iustificatus. et hoc probat ratio. et non est contra dicta prius. Ad tertiam quantum ad illud quod concludit de duobus adultis conceditur. nec est contra dicta. Sed quantum ad id quod arguit de duobus paruulis potest dupliciter dici. Uno modo quod omnes paruuli sunt equales in naturalibus quo ad id in quo gratia immediate recipitur. quia omnes anime sunt equales in perfectione. licet sint inequales in dispositionibus suorum corporum. Alio modo potest dici. si teneretur. quod anime non sunt equae perfecte essentialiter sicut videtur sonare articulus parisiensis. Unde potest negari consequentia. sunt inequales in naturalibus. ergo gratia causatur perfectior in perfectiori anima. Et quando arguitur Sacramentum equaliter agit tactus actiuorum sunt etc. Dico quod sacramentum proprie non agit gratiam sed deus libere agit eam quando sacramentum suscipitur. et ideo potest causare maiorem vel minorem. sicut sibi placet. quare etc.

Questio quarta.

A

Verò circa di

stinctiones septimam huius quarti libri. Vtrum sacramentum confirmationis sit sacramentum noue legis. Arguit primo quod non. quod in toto euangelio non legitur vbi Christus ipse instituerit. igitur etc. Secundo quod in tota scriptura noue legis non legitur de forma ipsius aut de materia. igitur etc. Tercio. quod confirmatio de lege communi non est possibilis in via. igitur confirmatio non est sacramentum. Quod tamen tenet. ante patet. quod de lege communi soli beati sunt confirmati in bono. i. stantur firmi in bono. igitur etc. Quod tamen tenent omnes. et patet per magis in hac distinctio. et de se. distinctio. v. p. totum. In hac questione erunt tres articuli. In primo videbitur quod sit confirmatio. In secundo soluetur questio. In tercio mouebitur triplex dubitatio. B Quantum ad primum articulum distinctio confirmationis ut hic sumitur potest assignari talis. Confirmatio est vnctio hominis viatoris viri scilicet vel mulieris nec actualiter nec habitualiter dissentientis facta in fronte in figura crucis cum crismate sanctificato et hoc a ministro ydoneo simul cum intentione debita in unguente et certa serba preferente ex institutione dei signans vnionem aie per gratiam roborantem ad ostendendum cum fiducia fidei Christi. Et ex hac distinctio patent serba correlaria. Primo patet quod hic non sumitur confirmatio ut est constans firmitas in bono. nec ut est signum talis confirmationis. quia talis de lege communi solum est in beatis. Sed capit per quadam vnctioe que est signum cuiusdam spiritualis roboris quod fortificat in bono non tamen sic stater vel firmus quam homo possit de lege communi cadere ab illo. et talis vnctio est sacramentum. Et sic patet solutio tertie rationis ante oppositum questionis. Secundo ex dicta distinctio patet quod sit materia huius sacramenti. quod crisma sanctificatum. i. oleum oliue balsamatum seu mixtum cum balsamo ab episcopo consecratum vel ab alio cui talis consecratio potest committi. Quod autem hec sit materia non legitur ex euangelio sed auctoritate ecclesie. Tercio patet quod sit forma huius sacri quod certa verba ista scilicet signo vel signo te signo crucis. confirmo te crismate salutis vel sanctificationis. in nomine patris et filii. et. amen.

Quarto patet quod sit referens hoc sacramentum quod minister ydoneus episcopus scilicet vel alius cui hoc committi potest. Et requiritur ex parte ministri

B 3

quartū sententiarū

simultas in faciendo vtrūq; actū. s. vncio nis z prolacionis forme z etiam debita in tentio que oīa debet intelligi sicut supra d̄ baprisimo. Quinto patet quis sit suscipiens hoc sacramentū. qz homo viator vir. s. vel mulier nec actualiter nec habitualiter dissentis. Vel s̄m Scotū aliquantū cō senties aut nunq; vsus libero arbitrio S̄z de hoc dicendū vt dictum est supra de baprisimo. Sed iste est solum suscipiens s̄m de terminataz p̄tem scilicet frontem. z ideo ex p̄te suscipientis requirunt̄ duo p̄ter illa q̄ requirunt̄ in baprisimo scilicet frons. z etiā qz baprisatus sit. quia baprisimus est ianua sacramentorum. distinc. xv. sollicitudo.

Sexto ex dicta diffinitione patet qd sit effectus huius sacramenti p hoc qd dicit̄ si gnans vncionē anie. zc. Unde effectus huius sacramenti est acceptio spūs sancti ad ro bur p̄tra oīa tentamenta. z p̄fortatio aie in virtute z spāliter in virtute constantie in si dei confessione. Un̄ Actū. viij. Tunc im ponebant manus sup illos z accipiebāt. s̄. Et sic patet sex correlaria circa istō sacra mentū. **L** Sed p̄tra p̄dicta successi ue z p̄ ordinē obijct̄. Primo p̄tra materiā z formā simul. qz x̄pus non sic instituit nec apostoli tali forma vel materia vtebantur. sed impositione manū vt tactus est. Se cūdo p̄tra materiā specialiter. quia in baprisimo non est necessaria aq̄ consecrata. igit̄ nec hic oleum p̄secratū. Tercio p̄batur qz non oportet qz minister sit ep̄s. qz de con se. disti. v. puenit. dicit̄ sic. Ubi ep̄scopi de sunt vt p̄s̄biteri etiā in frōtib; baprisatos crismate tangere debeant p̄cedim̄. igit̄ zc.

Quarto probatur qnō oportet qz suscipiens sit baprisatus qz Actū. xij. paulus fuit p̄firmat̄ p̄ ipositionē manū ab ana nia z accepit. s̄. z tamen nōdum erat baprisatus. igit̄. Quinto obijctur de effectu. quia in baprisimo in extrema vncioe in or dine z penitētia accipit̄ spūs sanctus z dat̄ gratia. sed quicūq; accipit. s̄. z cuiq; da tur gratia ipse ex hoc efficit̄ in spū fortior z in virtute cōfirmat̄ et roborat. Cur igitur ista datio. s̄. appellatur confirmatio sicut il la de qua supra. z que differentia effectūz bic z ibi. **D** Ad p̄mū istozū potest di ci qz supponit̄ sic institutū fuisse a christo. et apostolos sic vfos fuisse. licet hoc nō legat̄ in scriptura. qz aliter ecclesia nō sic vteret̄

nisi sumpisset ex doctrina christi zc. Nec z incōueniens multa esse edita a x̄po autēti ca p̄ apostolos que tū in scriptura nō legi mus sicut dicit̄ Dam. li. ij. capi. iij. De for ma vero tenet d̄ns Armagn̄ li. ix. de q̄st. arme. ca. xij. qz p̄babile est vnaz esse formā baprisimi z oīm istozū sacramentozū scz con firmatiōis. ordinis. p̄nie. z extreme vncio nis. q̄uis multas z diuersas oratiōes eccle sia in ipsoz collatione exerceat. Nā ipse te net li. viij. ca. ix. qz ista p̄ba vel eozū sensus scz in noie p̄ris z filij z. s̄. sint forma baprisimi q̄uis ep̄gan̄t̄ alia verba. Et ita cōsequē ter dicit̄ de p̄dictis sacramētis S̄z quia hoc cōiter nō tenet nō assero. licet iste bene loquat̄ p̄sequenter ad scripturam sacram.

Ad secundū dico qz christus oīm aquā tactu sue mūdissime carnis sufficienter cōsecrauit in vsum baprisimi. ideo nō requirit̄ specialis cōsecratio. Et hoc rationabi le fuit p̄pter necessitatem baprisimi secus in proposito. ideo zc. Ad terciū dupliciter pōt̄ dici s̄m Scotū. Uno modo qz in p̄mi tina ecclesia nō erat differētia inter sacerdo tes et ep̄scopos. et hoc ipse probat̄ diffinē et etiam dominus Armagn̄ li. ij. de q̄sti. arme. p̄lix declarat qz nullus p̄latus habz amplius de potestate ordinis siue sacramē tali qz simplices sacerdotes. Et in ca. q̄ro ostendit̄ qz simplices sacerdotes habēt por testatē p̄firmandi z absoluendi a quocūq; peccato. tamē s̄m eum si hoc faciāt peccāt. z sunt grauit̄ puniēdi. de hac materia in feri⁹ videbit̄. Alio mō potest dici qz si a p̄ncipio nō licuit sacerdoti cōi tamen in dicto casu papa potuit quēlibz illius regiōis ad cui⁹ ep̄m scribebat̄ facere ep̄m q̄ntuz ad il lum actum. z tunc quilibet eoz vere et licē te p̄firmabat tanq̄ ep̄s q̄ ad illud licz nō quo ad alia. Et ratio huius dispensatiōis potuit esse scandalū vitandū. Ad q̄rtuz p̄t̄ dici qz baprisimū flumis p̄cedere nō req̄ rit̄ simplr. sed vel ipm̄ aut aliqd. equalens q̄le credit̄ tunc fuisse in paulo cū vidit̄ ar chana zc. Ad q̄ntum pōt̄ dici qz in alijs sacramētis vel in alijs acceptionib; s̄. q̄b; legi in scriptura n̄ accipit̄. s̄. sicut hic. nec ad similem effectum. qz abundantius qz in alijs sacramētis in isto dat̄ vigor resisten di peccatis. et principalis effectus ei⁹ ē cō firmare aniam in virtute. iuxta illud Uos autem sedete in ciuitate quousq; induam̄

questio quarta

ni virtute ex alto. Et precipue in p̄te cō firmantis p̄fessionis fidei. iuxta illud Actū. iij. Virtute magna reddebant apostoli te stimoniū resurrectiōis domini zc. In alijs autē sacramētis est alius effectus p̄rius ideo hoc solum vocatur p̄firmatio. zc.

Et hec de primo articulo.

E Quantum ad secundum articulū. in quo soluenda est questio. ponā tres con clusiones. Prima sit hec qz confirmatio est aliquod sacramētū ab alijs sex sacramē tis noue legis distinctū. ista patet satis ex di ctis. Secunda qz p̄firmatio est noue le gis sacramētum a christo institutū. Pri ma pars sequit̄ ex secunda z totum pars ex actibus apostolorū. qui conuersis ad fidē et baprisatis manus imponebāt. Act. viij. z. xij. caplis. Tercia qz confirmatio seu confirmatiōis sacramētū fuit a christo in stitūtū. z ipsuz sic fuisse institutū fuit ab eo declaratus. Mar. x. Mat. xij. quando scz imponebat manus super paruulos z bene dicebat eos sicut ibidem legitur. non enim alibi legitur christum hoc exercuisse sacra mentū. Sed contra ista arguitur. Pri mo. quia in autoritatib; allegatis nulla fit mentio de confirmatione sed solum de ma num impositione. modo in collatione sa cramenti ordinis manus imponunt̄. Un de de ipso apostolus dicit̄ p̄ma ad Thi. v. Manus cito nemini imposueris. Idē fit in sacramento extreme vncionis. Marci vlti. Super egros manus imponent z be ne habebūt. quare nō videtur qz hoc sacra mentū dicatur manūz impositio plus qz aliud p̄dictoz. Et p̄sequēs impertinē ter concludit̄ supra de institutione confir mationis. Secundo non legitur qz illi paruulz quib; christus manus imposuit p̄ ne fuerint baprisati vt sacramētū confir mationis possent accipere. Tercio si hoc sacramētū fuit a christo institutū vt fu it a christo institutū vel fuit ab ipso suis a postolis collatum ante suam passiōē vel non. Si non. contra. quia hoc magis de buit fieri in eis qui erant ad p̄dicationēz fidei cum pericō corporis mittēdi qz par uulis qui huiusmodi pericula non erāt su scepturi. S. sic. ergo illa receptio. s̄. in die penthecostes non fuit apostolis sacramē tum confirmatiōis. aut fuit secunda cōfir matio ipsorum. z sic fuit duplex sacramen

tum cōfirmationis in eis. quare erit itera bile zc. **F** Ad primum dico primo qz in p̄dicta impositione manūz christi z apostolorū fuit aliquod sacramētū colla tum. z hoc videtur clarum cum appareat p̄ illam impositionē spūs sanctum datuz fu isse. Dico secundo qz ex facto christi qui hoc sacramētūz paruulis p̄tulit. z ex hoc facto apostolorū qui ipsum statim baprisa tis p̄tulerunt. satis patet qz hoc sacra men tum debet alia sacramenta de cursu p̄mu ni p̄cedere que non dantur nisi p̄uocet̄ z discretionē hūitib; z ipm̄ debet dari omi bus baprisatis. Et qz patz terciū qz ratio nabiliter placuit sanctis patrib; hoc sacra mentum impositionis manūz siue potius eius effectum confirmationē vocare. quia scilicet baprisatis recipientibus per baprisi mum spūs sanctus ad remissionē peccato rum. statim debet dari hoc sacramētū ad receptionē spūs sancti vt habeant virtutez ampliozem tentationib; resistendi z confir mentur in bono zc. Et quo patet quar to quare hoc sacramētū p̄re ceteris in q̄ bus manus imponunt̄ vocetur manuum impositio. quia scilz hoc sacramētum ge neraliter cunctis baprisatis debet confer ri. non sic autem alia. ideo nomen p̄mune sibi meruit appropriare. Ad secundū di co qz supposito qz illud nō legeretur tamen sic esse tenendū est scilicet ex ordine que te nebant apostoli. Et tamē satis illud habe tur. quia christus dicit̄ qz talis erat regnū celozum. quod nō conuenisset illis paruulis si fuissent in peccato. z p̄sequens si nō fu issent baprisati aut circūcisi aut alias a pec cato purgati. **B** Ad terciū duplici ter potest dici s̄m Armagn̄. li. nono ca. xij. Uno modo qz ex tota serie euangelij nō ap paret qz christus alijs a paruulis supra di ctis hoc sacramētū contulerit ipso exis te in terris corporaliter. z ideo in die penthe costes ip̄s apl̄s z discipulis p̄gregatis in vnū p̄mo dat̄ fuit spūs sanctus vice but̄ sa cramenti confirmationis siue impositiōis manūz Actū. ij. Et qz x̄ps in hūanitate absens erat. loco ipositionis manūz cecidit ignis ab eo missus sup capita singloz. q̄lis appitio nō legit̄ cū apl̄i man⁹ alijs ipone bāt. Alio mō si q̄s velit dicere qz apl̄i ante x̄pi passiōē b̄ facim̄ suscepant. pro quo vi det̄ facere qz apostoli baprisatis quibusq;

quarti sententiarū

Z Contra primam cōclusionē arguit primo sic. si christi corpus existens in celo inciperet esse in sacramento absq̄ hoc q̄ dēneret esse in celo. vel moueret de celo ad sacramento localiter vel nō. Si sic. Contra. nihil debet dici motum localiter de illo loco in quo adhuc est. Item nihil mouetur de loco ad locum distantem a primo sine transitu per medium. Si non. Contra. Est in loco in quo prius non fuit et fuit aū alicubi. igitur est motum localiter zc.

Secūdo si corpus christi esset in diuersis locis. in vno circūscriptiue et in alio distinctiue. pari ratione posset simul esse in diuersis locis circūscriptiue. z pari ratione posset esse per potentiam dei in multis locis z lignum et quelibet alia res. Cōsequētia tenet. quia primo scilicet circūscriptiue et distinctiue nihil potest esse simul in multis locis sine triplici miraculo. Primum q̄ alicubi est modo quantitatio z alicubi non. Secundum q̄ est in pluribus locis totaliter distinctis. Tercium q̄ alicubi est modo speciali sic q̄ quelibz pars sit cum q̄libet. Sed si secundo modo scilicet vtrobiz circūscriptiue aliquid esset in pluribus locis non esset nisi vnicum miraculū. quia cessaret primum z tertium miraculorum predictoz. vt patet. Igitur qui potest facere aliquod corpus esse in diuersis locis illo modo quo tenet fides. a multo fortiori potest facere illo alio modo. Et hoc est q̄

questio quinta

Thomam zc. Sed falsitas illius consequentis probatur ostendendo inconuenientia q̄ ex illo sequuntur. Primo sequitur q̄ contraria inessent eidem fm se totum. vt q̄ idē fm se totum esset album z nigrum. calidissimū z frigidissimū. motum sursum z deorsum. ad dextrum z sinistrum. que sunt contraria. z sic distinctio contrariorum nō erit bona q̄ contraria sunt que non possunt simul inesse eidem zc. nec videtur quomodo aliter possent diffiniri. Et tamē consequentia patet. Secundo sequitur q̄ priuatiue z contradictorie opposita verificaretur de eodem. vt q̄ idem vas esset plenum z vacuum vino. z per consequens plenus z non plenus. q̄ idem corpus esset motum z quiescens. et per consequens motum et nō motum. q̄ idem corpus esset viuum z mortuum. z per consequens viuum z non viuum. Omnia ista videntur implicare z tamē cōsequētia videtur nota. quia si idem esset in diuersis locis vnum istorum posset verificari in vno loco z aliū in alio. zc. sicut posset declarari. Tercio sequitur q̄ idē homo posset peccare mortaliter scilicet committendo adulterium in vno loco et eodem tempore mereretur vitam eternam scilicet confitendo seu aliquid aliud faciēdo in alio loco. Quarto sequitur q̄ ego existēs parisius haberem dubitare me esse Rome me ibi currere. et multa similia zc. quia deus potest hoc et non est euidentis vtum sic faciat zc. Quinto sequitur q̄ ego possum esse vbiz. quia qua ratōe possum esse in duobus locis pari ratione in tribus vel in quatuor. zc. z ita in quolibz. z per consequens hoc stante q̄ ego sum in mille locis ego apparebo mille homines. igitur habeo istud dubitare vt arguebam modo.

Sexto sequitur q̄ non est proprium di esse vbiz. quia potest creature competere vt dixi zc. Tercio principaliter arguitur sic. Si possibile esset aliquod corpus esse in loco distinctiue eo modo quo dictū est in secunda parte prime conclusionis. sequeretur q̄ de eodem posset verificari cōtradictoria successiue absq̄ noue rei acquisitione. vel antique perditione. Consequens videtur falsum. Et consequētia probatur quia si de aliquo corpore nunc existente in aliquo loco circūscriptiue deus faceret

q̄ ipm et quelibet pars eius esset in illo eodem loco in quo prius z in qualibet illius sicut dictum est esse possibile tunc de illo corpore non erat prius verum q̄ esset distinctiue in loco z postea erit vez. z tamen istud corpus nihil perdidit quod prius habuit. quia non locum. Nam est in eodem quo prius per casum. Nec quantitatem que esset res distincta ab eo per predicta in secunda cōclusionē. Nec apparet quid aliud. Similiter nihil acquisiuit qd̄ prius nō habuit. qz nō locū p̄ casum. nec appet qd̄ aliud. igitur zc.

AA Ad primā rōem respōdeo q̄ aliquid moueri localiter potest esse vel ymaginari tripliciter. Primo modo proprie quia transit de loco ad locum dimittendo locum in quo presuit et acquirendo nouū et transeundo per locum medium. si sit locus medius inter primum z secundū. Et sic corpus christi nō mouetur localiter q̄n incipit esse sub sacramento vt notum est.

Secūdo modo minus proprie aliquid potest dici moueri localiter. quia dimittit locum in quo presuit z habet nouum locū nec tamen transit per medium locū q̄uis sit locus medius inter primum z secundū. Et sic corpus christi non mouetur localiter quando incipit esse in sacramento quia non dimittit primum locum si tamē dimitteret illum q̄uis nō transiret per medium diceretur moueri localiter isto modo.

Tercio modo z ad hoc minus proprie aliquid potest dici moueri localiter. quia presuit in loco z acquirit vel habet nouū locum. q̄uis nō dimittat primum nec trāseat per medium. Et sic corpus christi mouetur localiter quādo incipit esse in sacramento. quia isto modo moueri localiter nihil aliud importat nisi esse hic z immediate fuisse alibi z non fuisse hic. Nec est cōcedendum q̄ corpus christi mouet de celo ad sacramento. quia moueri de aliquo loco ē dimittere illum locum. ideo corpus christi mouet mutatione que est ab esse in celo ad esse in sacramento. quia simul est in celo et in sacramento. quare zc. Ad secundā rationem teneo cum scoto Decā et adā contra thomam et pcedo sequentiā ibi factam. z consequens principale. Et ad hoc sufficit mihi ratio ibidem facta.

Sed pro responsione ad ea que vltimē

quarti sententiarū

inferuntur ponam aliquas propositiones.

B B Unde pro solutione primi inconuenientis quod concluditur Dico primo. q̄ possibile est contraria inesse eidem subiecto s̄m se totum in diuersis locis sicut bene probatum est. imo de facto sic insunt. q̄ corpus christi in vna hostia mouetur sursum. in alia deorsum etc. Dico secundo q̄ contra hoc non est illa diffinitio siue conditio contrariorū. quia contraria non possunt simul inesse eidem. quia ly siml̄ potest intelligi loco et tempore. modo sic non est hic. Dico tercio q̄ possibile est per diuinā potentiam contraria simul loco et tempore inesse eidem subiecto s̄m se totum. Ut q̄ idem s̄m se totum sit calidissimum et frigidissimum. quia non implicat contradictionem q̄ deus in eodem subiecto simul tempore ponat summam caliditatem et summam frigiditatem. Ideo dico quarto q̄ in dicta diffinitione seu conditione contrariorum debet subintelligi iste terminus naturalis. aliter non valet ita q̄ dicatur. Contraria sunt que non possunt naturaliter simul inesse eidem vel esse in eodem. quia nulla res est alteri contraria formaliter et necessario sed solum naturaliter et decursu nature a deo libere ordinato. ideo naturaliter contraria possunt non esse contraria id est esse simul in eodem et carere naturali conditione quando placet deo. Et sic patet solutio primi inconuenientis.

Alterius pro solutione secundi inconuenientis quod inferitur dico q̄ impossibile est priuatiue aut contradictorie opposita verificari de eodem vt q̄ idem vas sit plenum vino et vacuum vino. aut plenum et non plenum vino. q̄ idem sit motum et quiescens aut mortuum et viuum etc. Dico tamen ultra q̄ possibile est idem vas simul tempore esse in vno loco plenum vino et in alio vacuum vino. in vno loco motum et in alio quiescens imo sic est de facto de anima hominis q̄ in manu mouetur et quiescit in pede. possibile est etiam idem corpus esse in vno loco viuum et in alio mortuum. quia possibile est ipsum habere in vno loco animā et ipsum esse in alio loco et ibi carere animā. Exemplum possibilitatis. Verbum diuinum est alicubi vbi non est natura assumpta ideo ipsum alicubi est homo et est ali-

cubi non hō. etc. Ideo dico ulterius q̄ licet isti termini motum et quiescens sint termini priuatiue oppositi propter quod impossibile est ipsos verificari simul tempore de eodem siue in eodem loco siue in diuersis. ideo non concedo q̄ in vno loco verificetur q̄ anima mouetur et in alio q̄ quiescit. quia ad quiescere sequitur non moueri. modo moueri et non moueri sunt contradictoria que non verificantur de eodem nec in eodem loco nec in diuersis. tamen hoc non obstante isti termini motum in manu et quiescens in pede. vel viuens in vno loco et in alio loco mortuum non sunt termini priuatiue oppositi. Ideo bene verificantur de eodem. Unde non sequitur. anima quiescit in pede. igitur quiescit. quia sequitur quiescit ergo non mouetur. Et ultra. ergo nullibi mouetur. Modo stat q̄ quiescit in pede et alibi mouetur. Refert etiam dicere alicubi quiescit alicubi mortuum est et quiescit alicubi. mortuum est alicubi propter negationem inclusam in talibus terminis priuatiuis que distribuit terminum sequentem etc.

L L Alterius pro solutione tertij inconuenientis illati dico q̄ actus peccati mortalis scilicet actus adulterij et actus meriti vite eterne. scilicet actus confessionis vel dilectionis dei super omnia possunt esse simul tempore in eodem non solum in diuersis locis sed etiam in eodem loco quia actus isti vt actus sunt non habent repugnantiam. sed sunt a deo. Ideo deus posset illos ponere in eodem loco. etc. Dico tamen ultra q̄ hoc non obstante impossibile est eundem peccare mortaliter et mereri vitam eternam simul eodem tempore siue in eodem siue in diuersis locis. q̄ isti termini peccare mortaliter et mereri vitam eternam non solum dicunt tales actus sed ultra connotant diuinā deacceptationem et acceptationem Ideo sequitur. Sortes meretur vitam eternam in hoc loco ergo acceptatur a deo ergo non deacceptatur a deo. ergo nullibi peccat. Et sic qui alicubi meretur vitam eternam nullibi peccat mortaliter et contra. Unde ad formā rationis si ponat casus q̄ idem hō peccet mortaliter faciēdo adulterium in vno loco et in alio confiteatur etc. patet quid dicendum. quia si alicubi peccet mortaliter. quicquid

questio quinta

alibi faciat non erit meritum vite eterne. Si autem ponat casus sub hac forma verborum q̄ idem homo committat adulterium in vno loco et in alio confiteatur vel det elemosynam etc. ita q̄ in casu non ponatur isti termini peccare vel mereri. tunc vel loqui mur de lege ordinata et sic quia de lege ordinata omne adulterium est peccatum mortale dico sicut prius etc. vel loquimur de potentia absoluta et sic dico q̄ in illo casu iste potest peccare et non mereri. et potest mereri et non peccare. sed non vtrumq̄. quia deus potest illud adulterium deacceptare et omnia alia opera alibi facta non acceptare. et potest illud adulterium non deacceptare et absolute vt non sit peccatum et alia alibi facta acceptare ad vitam eternam. sed non posset vtrumq̄ simul tempore scilicet adulterium deacceptare et alia opera acceptare etc.

D D Alterius pro solutione quarti inconuenientis illati dico. q̄ ego existēs pariter simul tempore possum esse rome. non tamen habeo dubitare me esse rome. quia licet deus possit hoc facere et non sit mihi euidentis euidentia summa siue euidentia simpliciter absoluta vtrum sic faciat tamen de beo credere q̄ non facit. nam hoc non posset facere sine miraculo et ego de beo credere q̄ non facit miraculum nisi appareat probabiliter de opposito etc. Pro solutione quinti inconuenientis dico q̄ de potentia dei ego possum esse vbiq̄ et apparere mille homines et vincere in bello mille homines vel omnes. et multa similia sequuntur sed non habeo de istis dubitare sic esse propter illa que iam dixi. Pro solutione sexti inconuenientis dico q̄ esse vbiq̄ licet de facto conueniat soli deo tamen non est proprium dei. quia potest et non conuenire Patet ante creationem mundi. etc. Et potest alteri conuenire. patet in proposito. sed posse esse vbiq̄ et non posse non esse vbiq̄ siue necessario esse vbiq̄ est locus est proprium dei. Et sic soluta est secunda ratio principalis

L L Ad terciam rationem dico q̄ quicquid sit de consequente de quo vs̄ de Adam quia quest. quarti libri articulo tertio in solutione ad sextum articulum quia de hoc alibi tamen sequentia non valet. quia illud consequens non sequitur ex antecedente.

Pro quo notandum est sicut dicitur q̄ non deo de extenso sit non extensum sicut in pro-

posito vbi de existēte circumscriptiue in loco sit existens diffinitiue in loco vel etiam contra quando de non extenso sit extensum. hoc potest contingere tripliciter. Quia si de non extenso sit extensum vel occupat maiorem locum q̄ prius non extensum vel minorem vel equalem. Si primo modo tunc sunt ibi due mutationes. vna acquisitiua. q̄ illud acquirit nouum locum. et alia deperditia. quia quando illud fuit non extensum fuit totum in toto loco et pars cum qualibet parte loci. sed quando extenditur tunc est totum cum toto et pars cum parte. tunc est totum cum toto et pars cum parte. ideo omnes partes perdunt aliqua loca que prius habuerunt. quia prius fuit pes cum capite et modo distans Si secundo modo tunc est sola mutatio deperditia. quia totum minus occupat de loco q̄ prius. ideo perdit partem illius loci maioris et partes etiam perdunt multa loca prius habita sicut in priori modo. Si vero tercio modo. tunc est tamen mutatio deperditia non acquisitiua. quia tunc partes que fuerunt omnes in toto et quilibet cum toto et quilibet cum qualibet. iam dimittunt loca prius habita. sed non omnia. quia quilibet pars retinet vnum locum que prius habuit sicut in primo modo. tamen nullum acquirit quem prius non habuit. sicut in illo primo modo acquirit quilibet vel multe. Si autem econuerso de extenso sit non extensum sicut in casu rationis. hoc similiter potest esse tripliciter. Quia vel sic q̄ totum remanebit in eodem loco et equali. vel in maiori. vel in minori. Si primo modo sicut est in casu tunc erit ibi mutatio acquisitiua non deperditia. quia quis totum nihil acquirat vel deperdat tamen que liber pars acquirit multa loca que prius non habuit. Ideo patet q̄ non est ibi transitus de contradictorio in contradictorium sine acquisitione noue rei id est noui loci. Et si non in toto tamen in qualibet parte. Si vero fiat in loco maiori simile est. si in minori tunc est mutatio tam acquisitiua q̄ deperditia. sicut patet intuenti. Et sic patet de prima conclusionē.

F F Contra secundam conclusionem et primam correlarium eius arguitur primo sic. Non aliqua sunt idem realiter vbiq̄ aliquod est vnus illorum ibidem est reliquum illorum. sed substantia corporis christi et alia

quarti sententiarū

quantitas continua corporis christi sunt idē realiter p̄ p̄mū correlarium z corpus xp̄i ē in sacramento substantia corporis christi. ergo est in sacramento etiam quantitas cōtinua corporis christi contra secundā p̄tes conclusionis. maior videt̄ nota de se zc.

Secundo arguit̄ contra primum correlariū sic. Nullum accidēs est substantia. omnis quantitas est accidēs. ergo nulla quantitas est substantia. Maior videt̄ nota. quia accidēs z substantia sunt opposita. Minor patet. quia quātitas est vnū de p̄dicamentis accidentis. Cōfirmat̄. vnūz p̄dicamentū non verificatur d̄ alio. igitur nulla qualitas. zc. Tercio sic. Si oīs substantia vel qualitas extensa esset quantitas continua sequitur q̄ plura corpora naturaliter possent esse simul. sequens negatur cōmuniter ab omnibus. Sed consequentia patz. quia in lacte est albedo et dulcedo z materia eis subiecta. z quelibet est res extensa longa lata z pfunda. si ergo quelibet sit sua quantitas tria corpora sunt siml̄ naturaliter. quia corpus est quantitas longa lata et profunda. zc. Pro solutione istoz z ad maiorē declarationē totius materie p̄mittam aliquas propositiones. Prima sit hec. q̄ omnis res pp̄ie vna siue substantialis siue accidentalis habens partem distantem a parte siue partem extra partem ē quantitas cōtinua. quia omnis talis res ē continuē extensa. igitur quanta continua.

Secūda propositio q̄ si aliquid est quantum continuū quod nō est subiectiue in quātitate nec est subiectum quantitat̄. ipsum est quātitas continua. Patet. quia nihil p̄t esse quantum continuū sine quātitate continua. ergo si aliquid est quantum continuū vel est subiectiue in quātitate vel est subiectum quātitatis. vel ipsummet est quantitas. quia pluribus modis nō potest ymaginari aliquid esse quantum. Tercia propositio est q̄ omnis res pp̄ie vna siue substantialis siue accidentalis habens partes potest habere p̄tem distantem a parte. z persequēs esse quāta absq̄ hoc q̄ ipsa sit subiectiue in quantitate vel q̄ ipsa sit subiectū quantitat̄. Probatur. quia deus sua infinita potentia potest om̄ez rem absolutam facere vel conseruare sine re absoluta ab ea fm̄ se totam realiter distincta. potest em̄ facere de creaturis quicquid vult. z per con-

sequens potest omnē substantiā vel qualitatem habentē partem extra partem facere vel conseruare sine omni accidente absoluto sibi formaliter inherente. z sine omni subiecto cui formaliter inheret. quia substantiam esse sine accidente z accidēs sine subiecto nullam contradictionē includit. Et isto facto certū est q̄ hec res extēsa potest sic cōseruari vt dictū est absq̄ hoc q̄ ipsa vel aliqua eius pars moueatur localiter. ideo p̄t habere partem distantem a parte z per consequēs esse quāta per p̄mam propositionē. absq̄ hoc q̄ ipsa sit subiectiue in quātitate vel subiectum quātitatis. **BB**

Quarta propositio q̄ omnis talis res quanta de qua est sermo potest esse quātitas cōtinua. Patet ex predictis propositionibz clare. Quinta propositio q̄ omnis res habēs partem distantē a parte est quāta per suas partes essentielles vel integrales sine quātitate que sit distincta realiter a substantia et qualitate. Et ita omnis quātitas cōtinua est substantia vel qualitas habens partem ab alia parte distātem z e contra. Patz ex p̄cedētibz. quia frustra ponitur fieri p̄tra quod potest fieri p̄panciora. zc. Sexta propositio sequens ex p̄dictis est definitio quātitatis continue. scilicet q̄ quātitas cōtinua est extensio siue extrapositio vel distātia p̄tium facientū vnū totūz. Septima est q̄ ad illam extrapositionē siue extēsiōnem p̄tium nō requirunt nisi partes ille que distant z cause earum essentielles intrinsece si habeant. z cause extrinsece puta faciens z finis. nec requiritur aliqua quātitas supaddita. patet ex predictis. Item quia si requireret quātitas supaddita p̄pter extēsiōnem substantie vel qualitatis aut partū earum. cum quantitas illa cōtinua fm̄ aduersarios posita possit fm̄ eos miraculose non extēdi. pari ratione sequeretur q̄ ad eius extēsiōnem requireret alia quātitas que addita amplius posset extendere vnāz rem vel facere distāte partes eius z tamē ita deus non posset hoc facere. nisi coniungeret vnāz aliam rem illi rei. ergo non requirit̄ zc. Octaua propositio est q̄ licet isti termini substantia et quantitas. z isti qualitas et quantitas supponant pro eodem. tamen substantia qualitas et quātitas sunt diuersa predicamēta. q̄ ad distinctionē p̄dicamētoz sufficit distinctio p̄ceptū v̄l intēsiōnū.

questio quinta

Uñ dicit Jo. Dam. q̄ possibile est eandem rem fm̄ aliam z aliam intentionē ad aliud z aliud p̄dicamentūz reduci. Et ista oia que dicta sunt diffuse declarat Okam in multis locis. z specialiter in tractatu quē composuit de sacramento altaris a. xij. ca. zc. **HH** Tunc ad p̄mam rationē dico primo q̄ illa maior sumpta intelligēdo eam in creaturis est falsa de virtute sermonis propter falsāz implicationē. Implicat em̄ q̄ aliqua sint aliqua. z tamē q̄ sint idēz realiter inter se. quod est impossibile in creaturis. quia nunq̄ aliqua creata sunt aliq̄ z vnū realiter. Dico secundo q̄ in p̄sonis diuinis illa propositio est vera. q̄ ibi plures persone sunt plures. et tamen sunt vna res simplex. Dico tercio q̄ nō valet consequentia. imo est fallacia figure dictionis arguendo ex illa positione in terminis cōnotatis a p̄te p̄dicati. Verbi gratia in diuinis Non em̄ sequit̄ Quādo cūq̄ aliqua zc sed pater in diuinis z deus filius virginis sunt idem realiter z essentia diuina est vbi q̄ deus pater. ergo ipsa est vbiq̄ deus filius virginis. hoc em̄ p̄sequens falsūz est. quia non est filius virginis nisi vbi est homo z nō est vbiq̄ homo. igit̄ zc. Ad secundā rationem dico q̄ stat q̄ aliqua quātitas nō est aliqua res distincta a substantia z q̄ quātitas est accidēs. Unde ad declarationem huius fm̄ Okam tractatu p̄allegato. c. iij. ex verbis An̄. monol. caplo. xxv. trahit̄ distinctio q̄ hoc nomen accidēs tripliciter potest sumi. Cum em̄ dicit q̄ sunt aliq̄ accidentia que mutationē aliquā a ccedendo vel recedendo faciūt que nō nisi cū aliqua participantis variatione adesse vel abesse posse intelligunt̄. vt colores. innuit p̄ hoc q̄ aliqua sunt accidentia que sunt res distincte a suis subiectis. Per hoc autē quod dicit̄ alia sunt que nullaz omnino vel accedendo vel recedendo mutationē circa idēz de quo dicunt̄ efficere noscunt̄ vt quedam re larōes ostendit q̄ aliquod est accidēs q̄ nō est res distincta a subiecto z ei addita. zc. Et ideo ex sententia illorū verborū que breuiter p̄trāseco sequitur primo hec distinctio. q̄ hoc nomen accidēs tripliciter p̄t capi. Primo modo stricte pro aliq̄ re inherente subiecto que non est substantia.

Secundo modo magis large pro aliq̄ p̄dicabili de aliquo contingenter q̄ p̄t

successiue affirmari z negari d̄ illo propter realem mutationem illius. Tercio modo q̄ p̄t successiue affirmari z negari de aliquo p̄pter mutationē alterius zc. Secūdo sequit̄ q̄ licet aliqua quantitas sit accidēs p̄mo modo scz quantitas que est quātitas tamen aliqua quantitas non est accidēs illo modo scilicet quantitas que est substantia. imo capiēdo illo modo accidēs quātitas nulla est accidēs illius cuius est quātitas. patet facilliter. Tercio sequitur q̄ omnis quantitas est accidēs secūdo modo. Et capio hic accidēs nō solum pro termino accidentali sed etiam pro supposito illi termino. Quarto sequit̄ q̄ eadem res est substantia et accidēs capiēdo accidēs secundō modo. z vt dixi modo. Uñ dicit Dam. in logica sua. ca. xxxij. q̄ numerus est accidēs z nō ponit q̄ numerus est ipse res numerate. Sic etiam solet dici quālibet est accidēs zc. Quinto sequitur q̄ nō omne accidēs realiter recipitur in subiecto dicente Anselmo vbi prius q̄ nullius accidentis susceptibilis est scz summa natura. Quamuis em̄ aliquod accidēs p̄petat deo scilicet capiēdo accidēs tercio modo. tamē nullum accidēs in se recipit deus. Ista possunt magis declarari sed transeo. quia satis apparet ex his solutio rationis. Ad terciam rationē concedo p̄sequens de virtute sermonis. **II** Pro cuius intellectu pono aliquas propositiones. Prima est q̄ corpus capitur dupliciter. Vno modo pro composito ex partibus distantibus situatiter quod potest naturaliter per se existere absq̄ hoc q̄ sit pars alterius vel innitens alteri sicut lignum. Alio modo pro illo q̄ per partes intrinsecas sibi est longū latū z pfundū siue naturaliter possit per se existere siue non sicut albedo lactis zc.

Secūda p̄ q̄ capiēdo corp̄ p̄mo modo duo vel plura corpora nō p̄nt naturaliter esse in eodēz loco. Et sic capiēdo corp̄ loquūtur cōiter autoritates p̄hor zc. Tercia p̄. q̄ capiēdo corp̄ scdo modo plā corpa p̄nt naturaliter esse in eodēz loco. Uñ dimēsiōes que nate sunt informare terciam vel quarum vna est nata informare aliam naturaliter possunt esse simul. Sed dimēsiōes que possunt naturaliter per se existere ille sole repugnant. sic q̄ naturaliter se expellant de loco si sibip̄tis relinquatur. Quis

quarti sententiarū

per diuinam potentiam quecunq; dimēsi-
ones possint esse simul. Si autem queras
cur tam variē q; dimensiones siue corpa p̄
mo modo repugnēt non secūdo modo. di-
co q; tota causa est natura rei que talis ē de
qua constat partim p̄ rationem p̄m p̄ ex-
perientiam. Nam p̄ rōnem apparet q; sub-
stantia z qualitas sunt simul. et similiter p̄
experientiam p̄stat q; vno corpore per se existen-
te naturaliter ingrediente aliquem locum
aliō consimile corpus cedit sibi. Si vō di-
cas q; per cōsimilem experientiam patz q; ac-
cidentib; in sacramento altaris cedit cor-
pus per se existens. zc. Dico q; hoc est. qz il-
la accidentia non sunt nata informare sub-
iectum in quo non fuerunt. p̄ducta. vel q̄a
illud corpus non est natū informari ab eis
naturaliter. vel q; hoc est voluntate dei vo-
lentis q; aliquid p̄tra cōmunē cursum na-
ture appareat sensui vt manus sit meritū si-
dei. Unde multi catholici ponunt in sacra-
mento multa fieri a solo deo ne euacuetur si-
dei meritum. sicut potest videri in Scoto
li. q̄rto. dist. xij. q. vi. z. q. iij. Et ideo de oī-
bus potest eque faciliter dici q; deus ordi-
nauit omnia apparētia sensui fieri circa ho-
stiam non p̄secratam sicut circa p̄secratam.
z aliqua facit p̄ seipsum immediate. Et
quo sequit̄ sextā p̄positio q; nec substan-
tia panis cuius fuerit accidentia hostie si
recrearet̄ in situ distincto ab eis. nec aliqua
alia substantia corporea possz naturaliter
siue p̄ causas naturales fieri in eodem situ
vel loco cum illis accidentib;. A deo autē
solo posset t̄z illa q; alia sicut sibi placeret
Et sic patet ad rōnem. Nec de secūda.

R R Contra terciā p̄clusionem
sunt rationes quas facit adaz in q̄rto. q̄sti-
one q̄rta z quinta tenens contra. Dc̄ka op-
positum secunde p̄tis hui; p̄clusionis scili-
cet q; corpus christi in sacramento habet or-
dinem p̄rium in toto zc. Unde eius imagi-
natio que est fact̄ subtil̄ potest ad certa pun-
cta plane z breuiter reduci. Primo enīz
dicit q; duplex est positio. Una p̄rium in to-
to ita q; vna pars p̄tinuat̄ parti vni z nō al-
teri vt caput collo z nō pedi z collum in to-
to fm̄ p̄positionez totius ponitur inter ca-
put z humeros z non inter genua z pedes
z hoc fm̄ essentialē cōpositionez non fm̄
dispositionē situalem. z sic de alijs partib;. Alia est positio partium in loco ita q; vna

p̄rium facientū vni situef̄ alicubi z nō ali-
bi zc. Secundo dicit q; licet corp; christi
in sacramento nō habeat secundā positi-
onem p̄dictā siue ordinē p̄rium in loco. nō
habet primā positionē siue ordinem p̄rium
in toto. Et ratio sua est hec. quia ibi canit
christi p̄tinuat̄ collo z non pedibus nec di-
gito. Ymaginat̄ em̄ q; sicut i celo caput xpi
ex vna parte nulli p̄tinuat̄ nec aliud sibi ex
alia aut sibi p̄tinuat̄ collum z nō pectus z
humeri. z sic procedēdo vsq; ad pedes. ita
iste ordo seruat̄ in corpore christi in sacra-
mento. licet non sit ibi ordo situalis sicut i
celo. Primū autē ordinē nō posuisset philo-
sophus posse esse siue situatē. Ideo dicit̄
q; habere partes in quas habens eas ē
diuisibile q; vna cōponat̄ cum vna z nō cū
alia z secūda cū terciā z terciā cum quāta
z nō cum p̄ma. habere inq̄t̄ talem positioez
est esse quantū p̄tinuum. Et quo infert̄
quarto q; caritas in anima nō est quantū
p̄tinuum. licet componat̄ ex partib; in quas
diuisibilis est. qz de illis p̄tib; verū est q;
quelibet est cū qualibet z cōponit̄ cū quali-
bet. sed de p̄tib; substantie corpis christi
licet verum sit dicere q; quelibet sit cū qua-
libet in sacramento. nō tamē quelibet com-
ponit̄ nec p̄tinuat̄ ibi cū qualibet imme-
diatē sicut iam dixit. ideo p̄cedit q; corpus
christi in sacramento est quantū p̄tinuum.

Quinto p̄cedit idem de qualibet quali-
tate corpis christi. sicut de albedine z alijs
qualitatibus corporalibus. Dicit em̄ in sa-
cramento nō quelibet pars albedinis cor-
poris christi vnitur cuilibz non plus q; q;
libet pars substantie. igitur dicit q; illa al-
bedo est ibi quantū p̄tinuum. quia q̄suis q;
libet pars sit cum qualibet. tamen albedo
capitis nō continuatur nec vnitur imme-
diatē albedini pedis zc. Sexto dicit iste
q; nec substantia corporis christi nec albe-
do ei; seu alia qualitas corpea est in sacra-
mento quantū extensum. Unde ponit q; li-
cet extensio nō sit res supaddita quāto cō-
tinuo siue quātitati cōtinue t̄m iste termin⁹
extensum siue extensio cōnotat̄ vltra istū ter-
minū p̄tinuum siue quātitas p̄tinua h̄e p̄tes
in diuersis sitib; siue p̄tes situatē distare
q̄d nō cōuenit substantie vel albedini xpi in
sacramento zc. Et istis breuiter sic reca-
pitulatis p̄stat̄ tota ymaginatio huius do-
ctoris in hac materia que est subtilis.

Questio quinta

21 Sed p̄tra istā imaginationē z tenē-
do cōclusionē p̄r̄ positā ponā alijs positi-
ones. Prima est q; in sacramento caput xpi
nō magis vnū cōponit̄ aut continuat̄ collo
z pedib; vel digito z hoc destruit totū fun-
damentū illius positionis. Jo. p̄bat̄ p̄mo qz
nisi sicut ē ibi aliqd̄ inter caput z pedem
z nō inter caput z collū. sed hoc nō est imagi-
nabile qz tam simul sunt caput z pedes q; si-
mul sunt caput z collū. Ubi em̄ aliq; sunt si-
mul videt̄ implicare ibidē aliqd̄ ēē inter illa
cuius t̄m oppositū dicit illa positio in p̄mo di-
cto exponēdo qd̄ est habere positōz in toto
zc. Sc̄do sic quecūq; p̄ponunt vni to-
tum vniunt̄ in vno toto s; partes substantie
corpis xpi cōponunt vni totū z similiter p̄tes
albedinis p̄ponunt vni totū ergo vniunt̄ et
p̄ponunt. i. simul in vni ponunt. Uel ergo
in sacramento quelibet cū qlibet vnū aut cō-
ponit̄ immediate v̄l mediatē. Si immediate ha-
betur p̄positū q; vna non plus vnū alteri ibi
q; alia. si mediatē. p̄tra quelibet est simul cū
qlibet z eqliter siml̄ s; vbi aliq; sunt simul eq;
liter ibi eqliter sunt immediata ergo qlibet cū
qlibz v̄l cuilibz ē ibi immediata. Si q; aliq; ibi
dem vnū alteri mediatē sicut dicit positio se-
quit̄ q; aliq; simul t̄p̄z loco erūt mediatā qd̄
iplicat. Sc̄da p̄positio sequit̄ ex p̄dicta q;
sicut qlibet ps charitat; in aia vnū cū qlibet
ita qlibet ps substantie corpis xpi v̄l albedis
ei; in sacramento vnū cū qlibet. Nō dico tamē
q; eqliter vnū zc. Uñ p̄t̄ cōcedi q; aliq; due
p̄tes albedis corpis xpi nō t̄m v̄l eaq; vniunt̄
quātū qlibet ps charitat; vnū cū qlibet. qz
qlibet ps vnū cū qlibet rā sc̄dm̄ coexistētiāz
eidē loco q; fm̄ inherētiā eidē subiecto adeq;
to. Nō sic autē qlibet ps albedis zc. qz licz al-
bedo man⁹ z albedo pedis vnū sc̄dz coetū-
tiā eidē loco nō t̄m fm̄ inherētiā eidē subie-
cto adeq;to. Nā albedo man⁹ cū sit cū pede n̄
tamē inheret ei. z iō licet grad⁹ albedinis ma-
nus z grad⁹ albedinis pedis sint in pede faci-
entes ibi vnū nō t̄m reddūt̄ pedē magis intē
se albū q; facit vna ps illoz scz grad⁹ albedi-
nis pedis. qz aliq; nō insunt ei zc. Tercia p̄-
positio sequit̄ q; nec substantia corpis xpi nec
albedo ei; aut corpea qlitas ē quantū p̄tinuum
in eukaristia plus q; charitas in aia. Uñ p̄-
p̄rie loquēdo quicqd̄ est quantū p̄tinuum est extē-
sum. Nō em̄ possuz imaginari p̄tinuitatē si-
ne extensioē. Et sic deficit sextā dictū. loquē-
do t̄m iproprie posset p̄cedi q; albedo corpis

xpi est quantū p̄tinuum in sacramento potētiatē
qz habet p̄tes q; nate sunt facere quantū p̄tinu-
um licet nō faciant actualit̄ ibi. Quod nō p̄-
sic p̄cedi de charitate in aia qz nō est possibili-
le p̄tes charitat; p̄tinuari siue extēdi dū cō-
stituit vnū zc. Quarta positio sequit̄ q;
quicqd̄ h; ordinē siue positionē p̄riū in toto
habet ordinē siue positionē p̄riū in loco si to-
tū sit in loco iō nec corp; xpi nec aliqd̄ ei; h; z
in sacramento ordinē p̄riū in toto. Et p̄ istā pa-
tet r̄sio ad p̄dictā opinionē. Nec de ter-
tia p̄clusionē z de sc̄do articulo p̄ncipali.

22 Quantū ad terciū articulū p̄nci-
palē hui; p̄clusionis in q; videndū est vtrum
oīs actio z passio z omne accidēs quod inest
corpis xpi extēti in celo possit eidē inē sub cu-
karistie sacramento tria faciā p̄ ordinē. P̄ri-
mo p̄mittā tres distinctōes. Sc̄do ponā
tres p̄clusiones. Tercio solua tres dubita-
tiones. Prima distinctio est ista. q; duplex
ē actio vel passio q̄dam cui; p̄ncipiū imedia-
tū est substantia quāta vel nata ēē quāta. Alia
cui; p̄ncipiū imediatū est substantia seu natu-
ra pure spūalis. Sc̄da distinctio est q; q;
dam ē actio q; terminat̄ ad formā absolutam
formalit̄ inherētē alicui passio Alia q; termi-
nat̄ ad vbi fm̄ alijs vel ad locū fm̄ alios de
q; nō curo. Tercia distinctio q; q̄stio p̄t̄ in-
telligi vel de posse simpliciter absoluto vel de
posse naturali siue naturalit̄ ordinato. p̄mo
mō nō intelligit̄ qz sic ēē clara. s; sc̄do mō in-
telligit̄. Uñ fm̄ istā acceptionē capia sp̄ infē-
rius h; verbū p̄t̄ in p̄clusionib; z alijs zc.

Et istis p̄t; q; ista q̄stio h; tres difficulta-
tes. Prima ē vtrū xps in sacramento possit
habere oīm actionē z passionē terminatā ad
formā absolutā inherētē passio cui; p̄ncipiū
est natura corpalis. Sc̄da vtrū possit sic
h̄e omnē actionē z passionē terminatā ad
vbi cui; p̄ncipiū est natura corpalis. Ter-
tia vtrū possit sic habere omnē actionē z pas-
sionē cui; p̄ncipiū est natura pure spūalis zc
Uñ de istis trib; ponā tres p̄clusiones p̄m̄ie
tēdo cuilibet aliquas opinioes zc. De pri-
ma difficultate ē duplex opinio. Una q; xps
in hostia nō p̄t̄ videre vel videri calefacere
vel calefieri z sic de alijs zc. Cui; opiniois
rō p̄ncipalis ē qz oīs actio z passio corpalis
naturalit̄ h; fieri p̄ tractū. tractū em̄ est quā-
torū. iō corp; xpi in hostia nihil agit zc. Alia
opinio ē Scoti tenētis idē qd̄ p̄ma s; nō p̄t̄
rōnem de tractu s; qz organū sensus corpis

Quarti sententiarum

ip̄i in sacramento nō est illo mō quo requiritur ēē ad h̄ q̄ inuēit ab obiecto. Nā ad h̄ requiritur q̄ habeat moaū q̄ntitatiuū z sit localit̄ z circū scriptiue in loco. Et iō non est p̄sens p̄ntia q̄ requirit h̄. de h̄ quere i scoto. S; p̄ma opinio nec e^o ratio valet qz nō ē incōueniēs idē agere in seip̄s; tam actiōe sp̄iali q̄ corpali. Actiōe sp̄iali sicut volūtas in seip̄s; agit volūtiōe. Actiōe corpali sicut sensus agit in seip̄s; sensatiōe. Itē ania p̄t agere in corp̄ suū. z in h̄is nō est p̄tactus qz p̄tact^o est distictiō z quātorz zc. igit̄ zc. Secūda opinio etiā nō valet qz petit p̄ncipiū supponendo qz debet p̄bare scz qz ad actionē z passiōe requiritur qz actiū z passiū corpale sit i loco circū scriptiue. Itē scōm istū doctore idē potest agere in se nō obstatē qz nō sit a se localit̄ distictiū s; quā rōne nō oportet qz agens z patiēns sint a se localit̄ disticta eadez rōne nec oportet qz agens sit i loco localiter seu circū scriptiue ad h̄ qz agat. Itē oīs effect^o sufficēter depēdet ex suis causis eēntialibz z dispositionibz z approximatōibz caz. s; quāritas siue sit res disticta a substantiā z a q̄litate siue nō. nō est cā effectiua respectu visionis albedinis. igit̄ destructa quāritate z mō quāritatiuo adhuc p̄t videri albedo. quare zc. igitur patet qz ille opiniones nō valent. **AA** Ideo sit h̄ p̄ma conclusio qz suppositis h̄is q̄ sunt fidei nō p̄t p̄bari p̄ rōem naturalem qn oēm actionē z passiōe terminatā ad formā absolutā inherētē passo z cui^o p̄ncipiūm est natura corpalis quā p̄t habere ip̄s ext̄s in loco circū scriptiue p̄t etiā habere i loco ext̄s distictiue z nō quāritatiue. Probat̄ p̄mo qz nō min^o p̄t aliquod p̄ncipiū actiū habere actōez qn se toto ē p̄sens alii cui passo puta calefactibili q̄ si p̄ vnā p̄tem eēt p̄ns vni p̄ti illi^o z p̄ aliā p̄tez eēt p̄sens alii p̄ti. s; corp^o ip̄i in hostia ē p̄sens hostie se toto toti z cui^olibet parti. igit̄ calor corpis ip̄i p̄t agere in hostiā z calefacere eaz zc. **SS** Sed p̄ idē p̄t p̄bari qz corp^o ip̄i in hostia et̄s p̄t videri oculo corpali qz est sufficēnt actiū nō tantū in mediū s; etiā in oculū qz se toto est p̄sens cui^olibet p̄ti oculi z mediū zc. Tertio si dicas qz corp^o ip̄i non p̄t p̄tialiter causare visionē in oculo corpali nō gloriozo ita qz ille oculus videat corpus ip̄i. contra hic ē p̄ncipiū actiū ex p̄te obiecti z p̄ncipiū passiū ex p̄te oculi z motus ep̄stēdi nō quāritatiū nō ipedit sicut p̄

us p̄batū est. Etiam quia s̄m Augustinum nono de trini. anima habet magnā imuratiōnē respectu corporis zc. que tamē nō habz modū quāritatiū z om̄ia alia requisita ad actionē hic ponunt igit̄ zc. Consequētia tenet quia ista cōmunis regula qz agere approximatō passo disposito sequit̄ actiō nō est neganda. Nisi obuiet sibi auctoritas scripture sicut nō est hic vt patet. vel ratio q̄ etiā nō apparet hic imo magis ad oppositū. vt iaz tactū est. vel experientia que etiā nō obuiat hic. quia experientia que hic apparet nō valet qz hic impeditur actiō nō naturalit̄ sed quia de^o suspēdit actōz istaz nō coagēdo illis q̄litatibz corporis ip̄i vt agant z si coageret naturaliter agerent zc. Patet ergo qz corp^o ip̄i potest sit hostia calefacere hostiā z pari ratione calefieri ab ea. Patz etiā qz potest ibi videri a oculo corpali existente extra hostiā z pari ratione videri illū. Et p̄sequēs pari ratione potest dici idē de qualibet alia actione vel passiōe corpali zc. igit̄ patet conclusio. **DD**

De secūda difficultate dicit p̄ma opinio qz corpus ip̄i potest in hostia moueri localiter per accidens quia ad motū hostie sicut in loco p̄ accidens. Alia vera opinio nō solū loq̄tur de motu locali p̄ accidens z ponit qz mouetur ibi localiter z si nō motu strictē z p̄rie dicto tamē motu extēsiue siue large dicto. Et qz isto motu mouet̄ immediate a deo. Primū p̄bat quia vbiūqz est hostia ibi est corpus ip̄i. z hostia mouet̄ localiter. igit̄ zc. Secūdu probat quia quādo cūqz aliqua cōiungunt̄ p̄ actū voluntatis p̄tinēter se habentis ad istam p̄iunctionē si vnum istoz sit mobile om̄ino ip̄proportionatuz. ipsi mouenti z reliquū p̄portionatū. nō eadē motione potest mouere vtrūqz p̄iunctoz. Exēplum posito qz angelus p̄ actuz voluntatis sue p̄iungat lapidi z lapis est mobile p̄portio natum homini portanti z angelus nō. tunc certū est qz nō eadē motiōe potest homo mouere lapidē z angelū. modo sic est de corpore ip̄i z hostia respectu creature zc. de hoc vide in Scoto qui diffuse hanc materiā tractat.

Sed contra istas opiniones sit hec secūda conclusio. qz corpus ip̄i potest moueri localiter in sacramento a creatura mouente z nō solū a deo. Ad cuius declarationē pono aliquas p̄positiones. **PP** Prima sit hec qz corpus ip̄i in sacramento mouet̄ localiter nō solum p̄ accidens. Probat quia corpus ip̄i

Questio quinta

est vbiūqz cū hostia. z hostia mouet̄ localit̄ quia est ibi disticta p̄tū nec totū corp^o existit cui^olibet parti. sed illo modo ip̄a nō potest mouere corp^o suū in sacramento quia nō potest ibi p̄mo mouere vnā partē z post aliā mediante p̄ma. Nam inter illas p̄tes non est ibi disticta localis. Secundo aut̄ modo id est nō organice potest mouere volendo illud corp^o moueri ad motū hostie. Unde sic volendo si hostia mouet̄ mouet tunc corpus suū nō organice. quia eque p̄mo totū et quālibet eius partē. eo qz nō est ibi disticta inter p̄sonas. que necessario requirit̄ ad h̄ qz aliquid moueat̄ organice zc. Ex predictis ergo patet septima p̄positio qz quando mouetur hostia anima intellectiua ip̄i mediāre volūntate mouet corpus ip̄i sub hostia sicut cā partialis concurrēns euz volūntate diuina contingenter causante z disponēte illud corpus moueri ad motū hostie. Et hoc totū est p̄pter cōformitatē z voluntatis humane in ip̄o ad volūntatē diuinā. Et sic intelligo qz anima ip̄i ad motū hostie mouet corpus suū nō organice. Unde sequit̄ octaua p̄positio qz si anima ip̄i suspēderet actū illū volūntatis sue sicut posset naturaliter etiam stante diuina ordinatione de motu corporis ad motū hostie. tunc moueret corpus ip̄i ibi a solo deo z nō a sacerdote hostiā mouente. Et sic forte potest itelligi Scotus. quia ad hoc bene vadit ratio sua supra facta. Unde bene p̄bat qz nō potest moueri a virtute creata extrinseca mouente hostiā puta a sacerdote. s; nō p̄bat quin potest moueri ab ania ip̄i modo predicto. quia tam hostia qz corpus ip̄i ē mobile p̄portionatū anime ip̄i. Unde potest mouere eadē motione hostiā z corpus suū hostiā organice z corpus nō organice quia eadem volūntate potest velle corpus suū z hostiam moueri zc. Sed nūquid potest anima ip̄i corpus suū separare ab hostia ita qz nō moueat̄ ad motū hostie. Dico qz hoc posset naturaliter nisi esset ordinatio diuina in contrariū que de facto ordinauit semper illud corpus moueri ad motū hostie. Unde non stante illa ordinatione poss; separare se ab hostia. z hoc volēdo quiescere hostia mota vel volendo moueri corpus ad vnum locum hostia mota ad aliūz. Et eodem modo posset deus hoc facere se solo zc. **RR**

De tertia difficultate dicit p̄ma opinio qz corpus ip̄i non potest naturaliter videri

In hostia nec ab intellectu angelico nec hūa-
no. Probat hoc quia corpus xpi est ibi ut ob-
iectum fidei igitur non potest cognosci natu-
raliter. Alia opinio dicit quod corpus potest
vni quacumque potentia actiua spiritali in ho-
stia sicut prima quia talis non requirit ad acti-
onem quod habeat esse localiter et ita posset di-
ci de potentia passiva. de hoc vide in Sco-
to 7c. Contra primam opinionem sunt rationes
prime conclusionis. Hec ratio facta per ea valet
quia multa que cadunt sub fide possunt cog-
noscere intuitiue. Unde apostoli viderunt mor-
tem xpi et passionem que cadunt sub articu-
lo fidei 7c. Ideo tenendo cum Scoto sit hec
tertia conclusio quod corpus in sacramento potest
naturaliter intelligere omnia alia sicut vbi est
quantitatiue. et potest videri et intelligi natu-
raliter et intuitiue non tantum ab intellectu an-
geli vel anime separate sed etiam ab anima in
corpore. Et hoc nisi esset speciale impedimen-
tum de quo supra dictum est. Et hoc totum
patet ex prima conclusione et rationibus ibidem
factis per ea. Unde concludo cum g. Ockam in
repositione quarti. q. septima. vbi est secun-
dum in hac materia quod omne actionem et passi-
onem et pari ratione omne accidens sine for-
mam accidentalem quam corpus potest habere quoniam
existit circumscriptione in loco potest habere in
eucharistie sacramento si nihil aliud impedi-
ret puta voluntas diuina sicut est 7c. Et sic
patet solutio trium difficultatum 7c. **SS**
Sed contra predicta sunt aliqua dubia.
Primum est vtrum quicquid aliquid corpus agit vel
patitur vbi est quantitatiue necessario agat et pa-
tiatur vbi non est quantitatiue. Videtur quod sic
quia nullum absolutum desinit esse in aliquo ad-
ueniente sibi de nouo precise respectu extrin-
seco sed per hoc quod corpus xpi est in eucharistia
solum aduenit sibi nouus respectus extrinse-
cus. igitur 7c. Secundum dubium contra
secundam conclusionem est quomodo corpus xpi
sub hostia potest videri oculo corporali. quia
omne visibile habet partes distinctas discer-
ni potest vna pars ab alia sed in hostia non sic
potest discerni inter caput et pedem quia ibi est
confusio partium. Et confirmatur quia secundum au-
ctores perspective quod videtur. videtur sub pira-
mide cuius conus est in obiecto et in re visa
est basis. sed illud non potest petere rei non ha-
benti modum quantitatiuum. Tertium est vtrum
corpus potest videre seipsum in hostia sicut si esset
in distinctis locis circumscriptione. Videtur quod

non quia inter videntem seu visiuam potenti-
am et rem visam debet esse distantia. sed cor-
pus xpi in vna parte hostie non distat a se existente
te in alia parte 7c. igitur. Ad primum dico per
mo quod de facto si vnum corpus sit in duobus lo-
cis circumscriptione vel diffinitione omne abso-
lutum existens in eo pertinet ad eius inte-
gritatem quod habet in primo loco habet in se-
cundo. nec aliquid absolutum perdit per hoc
quod est in nouo loco etiam si non sit de integri-
tate ipsius dummodo sit pertinet ad conser-
uationem ipsius sicut sanguis qui secundum ali-
quos non est de integritate humane nature
sed est individuum necessario requisitum ad con-
seruationem vite hominis. Et hoc esse necessa-
rium necessitate naturali probat prima ratio
facta. Dico tamen secundo quod illud non est
necessarium necessitate absoluta quia stat quod
potentia dei absoluta illud corpus potest ha-
bere aliqua accidentia in vno loco et ibi ca-
re illa licet in vtroque sit circumscriptione 7c. Et
quo patet tertia oppositio quod duo accidentia eius-
dem speciei sicut due albedines possunt esse
absolute in eodem subiecto in bese et non fa-
cere vnum et per consequens non reddere sub-
iectum illud magis intensum. Patet quia potest
vnum subiectum in vno loco esse et ibi ha-
bere vnam albedinem et esse in alio loco et ibi ca-
rere illa et habere aliam. sed hoc non est possibi-
le naturaliter. Et sic patet de primo dubio
breuiter quia multa possent dici. **II**
Ad secundum dubium dico primo quod maior
est difficultas de colore respectu visus quam de
alijs sensibilibus respectu aliorum sensuum quod
color ad hoc quod videatur requirit certam situa-
tionem. Nam taliter possunt disponi duo co-
lores secundum situm quod alter non videbitur quod
vni sit satis propinquus visui et taliter quod vterque
videbitur. Patet in exemplis sed calor non re-
quirit talem situm ad hoc quod sentiat per ta-
ctum sed potest agere in tactum secundum omnem si-
tum proportionatum. id est difficile iudicare quo
modo colores videntur in corpore xpi sub ho-
stia et quo situ et quis videretur quis non. quod
hoc non constat nobis per experientiam cer-
tam 7c. Dico secundo quod licet propter diuersam
situationem possit impediri visio alicuius co-
loris ita quod propter diuersam situationem in cor-
pore xpi possint se inuicem impedire ne omnes
videantur tamen diuersa situatio non impe-
dit simpliciter. Quia aliquid videatur si deus
non suspenderet actionem colorum non coa-

gendo ei. Tertio quando dicitur quod corpus
xpi videtur tunc possunt partes eius distingui
ab inuice per visum. dico quod forte pres eiusdem
rationis non possunt 7c. sicut nec duo lumina
eiusdem rationis si sint in eodem medio. et par-
tes alterius rationis bene possunt forte sic ab
inuicem distingui. Et ad confirmationem respon-
deo quod actores perspective dicunt sicut viderunt
esse oculata fide. modo non viderunt colorem nisi
extensum qui videtur sub tali piramide 7c. Id
de colore non extensum non est vera illa regula nec
de illo datur. quia si sit naturaliter visibilis
tamen non videtur. Sed contra. nos tangimus cor-
pus xpi in hostia igitur etiam videmus. Quod sequen-
tia tenet et antecedens patet ex illa professione
verengarii. de se. di. scda. c. verengarii. vbi
profitetur vix corpus xpi manibus sacerdotum
sensibiliter tractari et frangi et dentibus fidelium
ateri. **III** Item vulgo dicitur hodie vi-
di corpus xpi 7c. Dicendum quod iste propositio-
nes video corpus xpi vel tango 7c non sunt ve-
rensi ad istum sensum video et tango spiritus sub
quibus est corpus xpi sic intelligitur illud capi-
tulum 7c. Ad tertium dubium dico quod oculus
xpi in vna parte hostie potest se videre in alia pre-
ita bene sicut si esset in diuersis locis circumscri-
ptione. Et si dicas quod ad hoc quod aliquid videat
se oportet quod distat a se localiter dico quod sicut
idem distat a se localiter quando est in locis circumscri-
ptione distantia requisita ad visionem. ita idem
distat a se quoniam est in diuersis locis diffinitione
distantia sufficienti ad visionem corporalem et sic est
h. Dec de tertio arti. Ad rationes autem opposi-
tum questionis ad primam procedo persequens 7c.
Ad secundam dico quod illa que occupat equa-
lem locum sunt equalia. et quod locus est equalis locato
si locata sunt circumscriptione in loco sed si vnum sit
circumscriptione in loco et aliud diffinitione sic h
tunc non oportet. Verbigra si angelus et corpus
pedale coexistat loco pedali nec angelus est equalis
locato nec loco 7c. Ad tertia partem ex di-
ctis. **A**

Arca sacramen-

tum altaris et specialiter circa. ij.
di. et. xij. huiusmodi. li. ad huc quero
vtrum pane in corpore xpi transubstantiato ac-
cidentia eius remaneat sine subiecto. Ar-
guitur primo quod non quod aut panis manet aut non
Si sic ergo non transubstantiat nec persequens
accidentia remanent sine subiecto. Si non ergo
annihilat et persequens in nihil transubstantiat.

quare 7c. Secundo sic quod secundum philosophum accidentia
esse est in eis ergo ad ipsum non in eis sequitur ipsum non
esse. Etiam accidens dicitur quod alteri accidit ergo si
nullo subiecto accidit non est accidens. quare 7c.
Tertio sic quod si illa accidentia manerent sine
subiecto vel ergo vniuersim se haberet tunc ad
actionem et passionem sicut quoniam sunt subiecto con-
iuncta. vel non. Si dicatur quod non contra hoc vide-
tur experientia quia ad sensum apparet quod non
sit variatio 7c. Si vero dicatur quod sic Contra.
quia accidentia subiecto coniuncta possunt cor-
rumpi vel ab agente creato non separata quia
sic possunt annihilari a creatura. igitur 7c.
Oppositum tenet magister in littera et com-
munis doctrina. In hac questione erunt tres ar-
ticulti. Primo videbitur quod sit transub-
stantiatio. Secundo videbitur de questionis
supposito. Tertio videbitur de principa-
li questione. **B** Quantum ad primum ar-
ticulum sciendum est quod secundum Scotum trans-
substantiatio vbi hic sumitur est transiitio to-
talis substantie in substantiam. Unde primo
exponit quare dicitur totalis quia scilicet du-
pliciter potest intelligi transiitio totius in to-
tum Uno modo capiendo totum cathogorematicum
per toto integrali habente partes sic secundum phi-
losophum primo de generatione. generatio
est transmutatio totius in totum quia in ge-
neratione vnum quod fuit vere totum transit in
aliud totum. Alio modo capiendo totum sicut
cathogorematicum ut includit syncathogore-
uma distributum cuiuslibet partis. Et
sic illa auctoritas philosophi non est vera quod
non quelibet pars corrupti transit in gene-
ratum nec quelibet generati succedit corru-
pto quia materia manet communis secundum phi-
losophum. sed hoc modo in transubstantia-
tione et transiitio totius in totum ideo est ibi
transiitio totalis sed non in generatione. Ex
quo concluditur quod illa auctoritas philosophi ni-
hil omnino facit contra positionem de plurali-
tate formarum substantialium in eodem. quia
quis poneretur prima forma manere in ge-
nerato et corrupto non tamen manet totum
idem primo modo loquendo de toto 7c. Igitur
bene dictum est in descriptione transub-
stantiationis illam distinguendo contra gene-
rationem quod est totalis transiitio et transiitio to-
tius in totum propter dictam rationem. Be-
ne etiam dicitur substantie in substantiam ad
distinguidum contra accidens. Nam transi-
tio accidentis in accidens magis deberet di-

Quarta sententiarum

ci transmutatio est transsubstantiatio. Et sic patet per positum. Sed huius descriptio non videtur sufficere primo quia magis est quaedam etymologia nominis quam descriptio. et ita dubium remanet quod est transitio totalis substantie in substantiam sic erat dubium quod est transsubstantiatio etc.

Secundo quia predicta descriptio conveniret corruptioni forme substantialis cui succedit alia forma de novo genita. Nam prima totaliter transit in secundam et secunda totaliter succedit prime ut patet. Tertio quia etiam secundum istum doctorem ad transsubstantiationem requiritur quod aliqua substantia totaliter desinat esse et alia succedat ei. vel secundum quod succedit prime quantum ad esse simpliciter ita quod incipit simpliciter esse post non esse. et hoc non quia secundum comiter loquentes panis transsubstantiatur in corpus christi et tamen corpus christi non incipit esse. Vel dicitur quod secunda succedit prime quantum ad esse secundum quod id est incipit esse hic vel sub illis actibus etc. et per consequens hoc debet exprimi etc.

L Aliter ergo et aliquid plene secundum Deum describitur transsubstantiatio quod est successio substantie ad substantiam deinentes esse simpliciter in se per se ut accidit sub quibus existit sequens substantia sine informatione. Unde eius possibilitas satis patet per omnipotentiam divinam ut claret. Sed huius descriptio adhuc non videtur sufficere quia secundum eam sequitur quod deus non posset transsubstantiare unam substantiam carentem accidentibus in aliam substantiam vel unam in aliam destruendo omnia accidentia prime. Consequenter clare patet si falsitas consequens videtur nota quia non apparet ratio quare posset deus substantiam istam transsubstantiare non quilibet aliam. et ideo licet forte predicta descriptio conveniat omni transsubstantiationi que comiter fit non tamen conveniret omni possibili. Videtur ergo sufficere ad rationes transsubstantiationis successio substantie ad substantiam aliam que sub eisdem accidentibus scilicet successio in eodem loco. Et ista videtur requiri ad minus quia non esset ratio quare ista substantia diceretur transsubstantiari in hanc substantiam plene quam in quolibet aliam nisi succederet sibi ista scilicet aliquid commune utriusque etc.

Secundo ista descriptio debet exprimere quod talis successio sit imediata id est quod post definitionem unius immediate succedat alia quod habet requiritur. Tertio si illa esset bona sequitur quod panis in sacramento transsubstantiaretur in sanguinem christi et animam intellectivam sic transsubstantiaretur in corpus quod videtur falsum.

Sed ad hoc facillime responderet deus. Unde secundum eum in. iiii. q. viii. procederet consequens. Contra hoc

autem in isto primo arguendo ad hominem. quia ipse met alibi tenet oppositum. Unde in tractatu suo de sacramento altaris capitulo. v. ponit quod substantia panis transsubstantiatur in corpus christi non in deitatem nec animam intellectivam nec in sanguinem nec in aliquid accidens etc.

Secundo illa solutio videtur esse contra intentionem determinati omnis ecclesie. Extra de sum. tri. et si. ca. firmius ubi dicitur quod christi corpus et sanguis in sacramento altaris veraciter continentur sub specie panis et vini transsubstantiatis pane in corpus et vino in sanguinem virtute divina sed constat quod iuxta illam viam non plus deberet dici pane in corpus etc. contra. quare etc.

Tertio illa solutio haberet procedere quod panis in sacramento transsubstantiatur vel saltem quod transaccidentatur in accidentia corporis christi cum illa succedant ibi etc.

Uterque est quod ad hoc respondet ipse in quarto dupliciter. Uno modo concedendo consequens quia sicut substantia corporis succedit substantie panis ita accidens corporis succedit ibi. Alio modo negando consequenti am quia sicut non est transsubstantiatio nisi ubi primo est una substantia et post destruitur illa et succedit alia ita non est transaccidentatio nisi quando primo est aliquid accidens et post destruitur illud et succedit aliud. sed in proposito licet substantia panis non maneat tamen accidentia eius ponunt manere. ideo etc.

Sed prima ratio sicut iam tetigi est contra ipsum ubi supra. Secunda vero non videtur rationalis quia secundum eam sequitur quod si deus converteret unam substantiam in unum accidens quod utique posset illa conversio nec esset transsubstantiatio nec transaccidentatio quod videtur inconueniens et tamen consequentia clare patet quare sequitur etc.

D Ideo aliter describo transsubstantiationem et dico quod est successio immediata duarum rerum non habentium commune materiam vel subiectum quarum posterior est substantia que incipit de se vel principaliter esse ubi alia res totaliter desinit esse. Dico primo successio imediata propter rationes unam tactas. Dico secundo duarum rerum non habentium etc. propter rationes factas contra primam descriptionem de corruptione et generatione forme substantialis etc.

Dico tertio quare posterior est substantia ad differentiam transaccidentationis propter rationes ultro tactas quia si deus converteret accidens in substantiam esset transsubstantiatio ita quod denominatio fieret a termino ad quem et non termino a quo. Dico quarto que incipit esse de se et principi-

Questio sexta

paliter et propter rationem tertiam secundam descriptionem de transsubstantiatione panis in animam et sanguinem etc.

Pro quo est sciendum quod conversio vel transsubstantiatio huius rei in illam ut verbi gratia panis in corpus christi potest intelligi dupliciter. Uno modo stricte et proprie. Alio modo large et improprie. Primo modo aliquid dicitur transsubstantiari in aliud non quia unum alteri in quo fit conversio sed quia sic convertitur in illud. quia si esset ab aliis separatim ipsum esset ibi post aliud et sic substantia panis convertitur in corpus non in animam nec in sanguinem nec in deitatem nec in aliquid accidens. Nam si ista essent separata a corpore sicut fuit in triduo mortis christi quantum ad animam et sanguinem et aliquis consecrasset panem in triduo fuisset ibi solum corpus non anima vel sanguis. Et sic corpus est terminus huius consecrationis per se et principaliter intentus. Alia vero secunda ratio minus principaliter scilicet in quantum sunt unum alteri in quo fit conversio et incipit ibi esse quod sic unum. Et sic panis improprie posset dici transsubstantiari vel converti in animam et in sanguinem et accidentia christi quia omnia ista incipiunt ibi esse quod corpori unum et deitatem quod non incipit ibi esse cum esset ibi prius licet aliquando aliter sit ibi qualiter non prius. Et proportionabiliter dicendum est de conversione vini in sanguinem. quare etc.

Dico quinto ubi alia etc. propter primam rationem contra secundam descriptionem etc. Et capit ibi largeli ubi putat se extendit ad esse in vel ad esse sub id est ad esse in aliquid per continentiam localem vel ad esse sub aliquid per coexistenciam reale. Secundo modo corpus christi est ubi fuit panis scilicet sub accidentibus sed primo modo est ubi fuit panis. scilicet in aere. Et supposito quod accidentia desinerent esse adhuc esset transsubstantiatio. quare etc.

Dico sexto totaliter etc. ad differentiam generationis substantialis positi etc. Et alia singula propter easdem rationes que ponuntur ab aliis. Et sic patet descriptio. Nec de primo articulo.

E Quantum ad secundum articulum in quo videtur esse desupposito. quod utrum panis transsubstantiatur in corpus christi. Sciendum est quod licet catholici concordaverint in hoc quod corpus christi verum et principa liter est in sacramento sub speciebus panis et vini sive ubi appareret ipse tamen sicut recitat magister dist. xi. et glo. d. cele. missaz. cum marte. circa modum ponendi fuerint diverse opiniones. Prima fuit quod substantia panis sit corpus christi. Et hoc tenentium quidam dixerunt quod licet panis fiat caro

christi non est procedendum quia illa substantia sit alia quam caro christi. Alii autem dixerunt quod illud quod ante consecrationem erat panis postea est corpus christi nec tamen propter hoc sequitur quod panis est caro christi quia ut dicitur substantia panis postquam facta est caro christi non est substantia panis sed substantia carnis. Sed ista opinio non potest sustineri. Et primo quod ad primam partem patet quod ipsa non est intelligibilis nisi poneret quod panis sciret per se corpus christi sicut diceretur quod farina fit panis quod fit per se etc. quod nullus ponit. Secundo quod ad secundam partem est simpliciter intelligibilis quia si illud quod fuit panis est corpus christi sequitur quod panis est corpus christi quod implicat. Unde contra istam opinionem fit regula quod omnis positio affirmativa in qua predicatur iste terminus corpus christi de isto termino panis est falsa siue copula sit hoc verbum est vel pro vel sit. sicut iste panis est corpus christi vel potest esse vel fieri corpus christi vel panis sit corpus christi. Et si aliquae tales in dictis sanctorum repliantur false sunt de virtute sermonis sed intelligende sunt ad bonum sensum de quo patebit in declaratione ultime opinionis.

Secunda opinio fuit quod substantia panis non remanet panis nec tamen desinit esse simpliciter sed reducitur in materiam per sestantem vel aliam formam recipientem et huiusmodi eodem loco siue in alio et corpus christi coexistit accidentibus panis. Et hoc opinio non potest reprobari nec per evidentem rationem nec per auctoritatem scripture cogentem sicut patet intuitu etc.

Tertia positio fuit quod substantia panis remanet et hoc potest dupliciter imaginari. Uno modo sicut recitat magister scilicet quod remaneat ibidem ubi corpus christi incipit esse et sic diceretur substantia panis transsubstantiari in substantiam corporis quod ubi est incipit esse illa. Alio modo potest imaginari quod substantia panis recederet subito de primo loco ad alium locum et remaneret accidentia in eodem loco siue subiecto et corpus christi eis coexistere ibidem. Nec autem opinio quo ad primum modum est possibilis quia valde possibile est substantiam panis coexistere substantie corporis nec est magis impossibile duas substantias coexistere quam duas qualitates. quare etc.

Sed utrumque corpus christi posset coexistere substantie panis per unionem dubium est. Et posset dici quod si sit possibile quod una creatura sustentet aliam ut dicunt aliqui et satis apparet non repugnare nec videtur posse reprobari evidenti ratione. tunc possibile est corpus christi Christi assumere substantiam panis per unionem. Quicquid tamen sit de hoc patet quod ille modus est possibilis nec repugnat rationi nec auctoritati biblicae. immo est fa-

Quarti sententiarum

clitor ad intelligēdū rōnabilior q̄ aliq̄s ali-
orum qz ponit q̄ substantia panis deferat ac-
cidētia r̄ nō substantia corpis xpi. Et sic nō po-
nit accidētia sine subiecto qd̄ est vñū de dif-
ficilibz q̄ hic ponunt. Si autē dicat q̄ ma-
gis difficile videt̄ duas substantias corpas
eē simul. dico q̄ nō qz nō est magis difficile
q̄ duas q̄litates aut q̄ntitates esse simul vel
vñā substantiā r̄ quātitatē. Et nō plus opari-
tur ista spēs hostie aliā hostiā q̄ substantiā cū
spēbus aliā hostiā vñ substantiā. qz ista hostia
p̄secrata repugnat alteri hostie. Et iō nullū
incōueniēs videt̄ seq̄ ex p̄mo mō ponēdi si ta-
men p̄cordaret cū determinatōe eccl̄ie. Sed
etiā p̄dicta opinio q̄ ad scdm̄ modū est possi-
bilis qz nō est ip̄sibile deo q̄ substantiā pa-
nis subito sit alibi remanētibz speciebz in eo-
dē loco r̄ eis coexistet corp̄ xpi. Ite tamē
mod̄ nō esset ita rōnabilis sic p̄mus qz po-
neret accidētia sine subiecto r̄ motuz panis
subito r̄ substantiā panis sine accidētibz. vñ q̄
subito haberet noua accidētia. que sunt diffi-
cilia. quare r̄. **F** Quarta opinio r̄ cō-
muniōr est q̄ substantia panis nō remanet s̄
simpliciter definit eē. Cuius possibilitas pars
qz nō est dō ip̄sibile q̄ illa substantia subito
desinat eē q̄uis nō eēt possibile creatā vtute
Et licet ita esse nō sequat̄ euident̄ ex scriptura
nec etiā videre meo ex determinatōe eccl̄ie. qz
tamē magis fauet ei r̄ cōmuni opinioni san-
ctorum r̄ doctor. ideo teneo eā. Et p̄m̄ hanc
viā dico q̄ panis trāsubstantiat̄ in corp̄ xpi
ad sensum expositū in descriptione trāsub-
stantiatōis. Sed hic sunt aliq̄ dubia.
Primū est. vtrū trāsubstantiatio sit aliq̄ mu-
tatio r̄ ad qd̄ terminat̄. Scdm̄ an trāsub-
stantiatio possit eē alicui⁹ substantie remanen-
tis in eē reali in aliā p̄sistente. Tertiu⁹ an
oporteat substantiā in quā sit trāsubstantiatio
mutare locū. Quartū an defacto panis
simpliciter annihilat̄. Et videt̄ magister dice-
re q̄ nō quia dicit q̄ de pane fit caro xpi r̄ mu-
tat̄ in aliud. r̄ sic nō annihilat̄. Oppositū vi-
detur qz totaliter d̄sinit eē nec naturalit̄ cor-
rumpitur. quare r̄. **H** Ad ista respon-
detur. Ad primū dicit̄ aliqui q̄ alit̄ est hic
q̄ in alijs mutatōibz qz hic solū mutat̄ termi-
nus a quo scz substantia panis r̄ nō terminat̄
ad quē scz corpus xpi. S̄z dico hic q̄ ibi sūt
due mutatōes r̄ duo termini positivi r̄ duo
negativi scz eē panis r̄ nō esse ei⁹. similis cor-
pus xpi eē hic r̄ corpus xpi nō esse hic. Ideo

cū corpus xpi transeat de traditorio in cō-
traditorio scz de nō esse hic ad esse hic dico
q̄ mutat̄ localiter capiēdo large mutatio-
nem locale. Et sic in p̄posito sunt due mu-
tationes vna de p̄ditina que terminat̄ ad nō
esse panis. alia acquisitiua que terminat̄ ad
corpus xpi esse hic r̄. **D** Ad scdm̄ di-
co p̄mo q̄ trāsubstantiatio vt hic sumitur
nō potest eē alicui⁹ substantie remanētis. s̄z
in hoc nō ē difficultas nisi vocalis quia trā-
substantiatio ita imponitur ad significandū
q̄ prima substantia desinat esse r̄ secunda suc-
cedat r̄. Sed non est claruz vtrū i ip̄a de-
terminatione eccl̄ie supra allegata illo mo-
do sumatur r̄. Dico secundo q̄ trāsub-
stantiatio potest esse in substantiam p̄existē-
tem quia non plus videtur illud repugnare
trāsubstantiatio q̄ alterationi q̄ fiat ad
qualitatem p̄existētem. sed secundūm est
possibile. quia deus posset creare vnam qua-
litatem sine subiecto r̄ postea vnire subiecto
r̄ tunc illud subiectum vere alteraretur r̄ ef-
fet alteratio ad qualitatem p̄existētem qz
illa qualitas de nouo acquireretur illi subie-
cto. r̄ tamen nihil nouū ibidē produceretur.
Nisi forte p̄m̄ aliquos vno qualitatē ad sub-
iectum. ergo similiter in p̄posito potest di-
ci r̄. **I** Ad tertium dico primo q̄ li-
cet de facto ita sit de substantia corpis xpi
q̄ aliquo modo mutat̄ locum vt dictum est.
tamen hoc non oportet. tum primo quia pos-
set fieri trāsubstantiatio in substantiaz nō
p̄existētem et sic illa non mutaret locum
quia prius non erat in loco. tum secundo qz
posset fieri trāsubstantiatio sine loco r̄.

Pro quo dico secundo q̄ esse in loco si-
ue circūscriptiue siue diffinitive accidit trā-
substantiatio r̄ substantie in qua fit trā-
substantiatio. ita q̄ non requiritur ad trā-
substantiatioez licet de facto illud in quod
fit trāsubstantiatio scilicet corpus xpi sit i
loco diffinitive tamen si panis equalis cor-
pori xpi trāsubstantiatur in illud corpus
equale sibi vtrūqz posset esse in loco diffi-
nitue vel circūscriptiue sicut deo place-
ret. Si autē dicatur vtrū corp̄ minus cor-
pori xpi possit in ip̄m trāsubstantiari ita q̄
habeat eē in illo loco circūscriptiue puta in
loco vñ hostie p̄ue. Dico q̄ hoc nō implicat.
Sic em̄ vñū corpus potest eē circūscriptiue i
duobz locis ita posset esse aliqd̄ in vno loco
maiori. r̄ alio minori. sine deperditione ali-

Questio sexta

cuius absoluti r̄ sic deus posset facere avio-
tute sine alicui⁹ rei deperditione q̄ corpus xpi
haberet ita parū caput r̄ alia mēbra ita par-
ua q̄ esset circūscriptiue in loco r̄ per hoc p̄-
p̄densationē. Etia p̄ oppositū posset deus p̄-
rarefactionē facere ip̄m eē in loco maiori q̄
nunc sit in celo. Et istud eēt facilius imagina-
ri q̄ illud qd̄ ponit scz quelibet ps corpis xpi
sit sub qualibet p̄te hostie r̄. **D** Ad q̄r-
tum dico q̄ nō est difficultas nisi vocalis qz
accipiēdo annihilationē q̄ sit redactio in ni-
hilū r̄ cōuersio in aliquid aliud sic nō anni-
hilatur. Accipiēdo tamē annihilationē p̄ re-
dactione alicui⁹ in purū nihil sui. sicut fu-
it ante eius p̄ductionē sic annihilat̄. Qd̄ pa-
ret quia sicut panis capit eē p̄ generationem
vel creationē sicut r̄ quelibet alia creatura.
ita etiā desinat eē per corruptionē vel annihila-
tionē. sed nō p̄ corruptionē quia materia nō
manet ergo p̄ annihilationē. Cū p̄uertit pa-
nis in corpus sicut nor in diē qz post noctes
est dies r̄ ita post panē est ibi corpus xpi. Et
sic intelligendū est q̄ dici solet panis fit cor-
pus xpi. Et tūc ad argumētū dico q̄ ali-
quid fieri ex alio p̄r dupliciter intelligi. Vno
mō sicut ex aliq̄ manere vt ex materia fit for-
ma. Alio mō sicut ex nō manere vt ex vno cō-
trario fit aliud. scz ex nigro albū r̄ ex albo ni-
grum. p̄mo mō illud ex q̄ fit aliqd̄ nō annihila-
t̄ s̄z scdo mō annihilat̄ si desinat eē simpli-
citer sicut est in p̄posito. Et sic patet r̄sio ad
p̄mū argumētū an oppositū. q. Nec d̄ scdo ar-
ticulo. **I** Quantū ad tertiu⁹ articulu⁹ in
q̄ videndū est de p̄ncipali q̄sito. scz vtrū acci-
dentia panis maneat in subiecto. Primo
videbit̄ de isto. Scdo de illo qd̄ tangit in
tertio p̄ncipali argumēto scz vtrū accidētia
sepata se habeat vniformit̄ ad actionē r̄ pas-
sionē sicut q̄n̄ erāt subiecto p̄iuncta. Circa
p̄mū possunt eē plures opinioes siue modi
imaginādi. Primo ei fuit q̄runda opinio
q̄ quātitas potest eē sine subiecto sed q̄litas
corpalis nō. q̄m̄ nō p̄t eē sine quātitate cuz
necessario sit extensa. Et p̄m̄ ista viā posset
imaginari q̄ sola quātitas panis est hic sine
subiecto. Alia s̄o accidētia sunt in ea tanq̄ i
subiecto. S̄z h̄ est falsa qz nulla ponēda est
quātitas distincta a substantia vñ q̄litate. Itē si
talit̄ poneret̄ adhuc magis videt̄ deperdere q̄
vehemēt̄ deperdet̄ causatū a cā p̄ma q̄ scdo
ergo si q̄litas p̄eē sine substantia etiā p̄ eē si-

ne quātitate r̄. Itē de⁹ posset quālibet quāti-
tate p̄seruare sine alia cā scdo da. q̄ sine quāti-
tate ab ea distincta. Scdo fuit maior opinio
q̄ sūt aliq̄ accidētia d̄terminātia sibi cer-
ta subiecta r̄ illa sunt inseparabilia a substantia
Alia autē nō sūt. Sūt etiā aliq̄ substantie deter-
minātes sibi accidētia certa r̄ illa nō p̄t esse
sine illis. Alie nō determinātes sibi accidētia
certa p̄t eē sine illis. Et sic substantia materi-
alis determinat sibi quātitatē r̄ alia accidē-
tia p̄m̄ istos r̄. S̄z breuit̄ h̄ opinio ē falsa qz
si accidētia sunt aliq̄ res distincte a substantiis
de⁹ p̄t vñā ab alia sepate r̄ sic p̄seruare. Et iō
licet aliqd̄ accidēs d̄terminet sibi aliqd̄ sub-
iectū sic scz q̄ nō posset eē in alio subiecto. sic
quātitas d̄terminat sibi substantiā materiale qz
nō posset eē quātitas in substantia indiuisibi-
li. sic in angelo. tñ nō sic d̄terminat sibi illud
subiectū q̄n̄ possit eē sine illo. Et si dicat̄ cō-
tra qz similitas nō p̄t eē sine naso r̄. Dico q̄ nō
est res aliq̄ mō distincta a naso sic nec rectitu-
do nec curuitas. s̄z isti termini supponūt p̄ sub-
stantiā p̄notādo p̄tū ei⁹ aliā r̄ aliam positōez
siue situatōez r̄. Tertia opinio posset ima-
ginari talis scz q̄ licet accidētia panis si eēt
aliq̄ distincta a substantia panis p̄t separari a
subiecto. r̄ manere sepata. tñ de facto nō ma-
nēt sine subiecto. Quia diceret̄ ista opinio q̄
nulla sūt accidētia distincta a substantiis r̄ p̄ cō-
sequens nec accidētia panis. Et ad determina-
tionē eccl̄ie q̄ ponit q̄ corp̄ xpi ē sub sp̄e pa-
nis diceret̄ p̄sequit̄ q̄ d̄z intelligi sub p̄ditōe
scz supposito q̄ sunt aliq̄ spēs accidentales dis-
tincte a substantiis. s̄z si nō sint tales tūc sensus
ē sub sp̄e. i. vbi apparet eē p̄is r̄ vbi p̄us erat
Et si dicat̄ s̄. qz tūc eēt ibi deceptio r̄ illusio
cū appareat ibi spēs eē siue accidētia. diceret̄
ista opinio p̄nter q̄ nō pl⁹ apparet ibi spēs vñ
accidēs panis q̄ substantia panis r̄ apparet q̄
p̄medat̄ r̄ videat̄ panis r̄ tñ oppositū iudicat̄
p̄ fidē. sic in p̄posito. Cū h̄ diceret̄ sic qd̄a opi-
nio quā recitat̄ m̄gr̄ di. xij. r̄ d̄t̄ de fractōe q̄
ibi apparet scz q̄ ibi nō est fractio s̄z d̄z frangi
qz videt̄. Nec tñ fallit nos visus nec fallit qd̄
eēt si crederet̄ ita frāgi vt videt̄. Nec illusio qz
ad vtilitatē fidei nō ad deceptōez fidei ita fit.
Et ponit̄ exēplū de r̄. o q̄ se oñdit̄ duobz di-
scipul̄ in via in sp̄e pegrini. nec in eo tñ talis
forma erat. s̄z oculi eoz tenebant̄ r̄. S̄z p̄di-
cta opinio esset extranea a communi p̄bilo-
sophia que ponit accidētia esse res distinctas
a subiectis sic albedo ē distincta a re alba r̄ al-

Quarti sententiarum

bedo panis ab ei⁹ substantia. licet h⁹ non sit ei⁹ dens zc. id est quibus predicta negarent in dubiis est vtru⁹ debeant haberi tanquam heretica. Et videret quod non. quod sicut illa que inferuntur ex his que sunt fidei. sicut ex scriptura sacra z p⁹ sequentia non euidetur sed solum probabile non videtur. p⁹ peccare ad fidei nec eorum opposita esse heretica in fide sic illa que inferuntur p⁹ sequentia euidentes in virtute alicui⁹ medij vel assumpti in antecedente quod non est euidens nec p⁹ tinet ad fidei. sed est aliud philosophicum probabile z coiter. cessus non videret etiam p⁹ tinere ad fidei sic quod eorum opposita sunt habenda vel heretica in fide. Ad quod accidentia panis maneat ibi inferretur h⁹ quod pre supponit quod substantia panis transubstantiat. z accidentia panis sunt alia ab ei⁹ substantia. Istud autem secundum nec est euidens. nec est in scriptura expressum nec ab ecclesia determinatum sed est vniu⁹ probabile neutrum receptum coiter ab illis que sequuntur phiam commune p⁹ pateticoz. Sed si esset aliud quod diceret oppositum hui⁹ non esset p⁹pter h⁹ tanquam hereticus habendus. Alii enim minus esset fauor fidei ad doctrinam ph⁹ que zc. **R** Quarta z vniu⁹ opinio z cui fauet magis doctrina ecclesie est quod in sacro accidentia que fuerunt panis remanent sine subiecto. z in illis fit fractio. et hanc teneo. **H**ic enim aduertendum z p⁹ solutione secunde rationis an oppositum questionis quod iste terminus accidentis potest capi dupliciter. Uno modo stricte et sic supponit per aliquid re sine entitate que non est substantia. notando quod talis alicui alteri entitati accidat. Et sic albedo panis z quodlibet ei⁹ accidentis licet possit separari a subiecto tamen quod est separatim non est accidentis quod non accidit subiecto sine non inest. Et isto modo sumebatur ab Aristotele quod creditur quod tale accidentis non haberet esse nisi in esse. z sic quod non possit esse nisi in esse sed non est verum secundum fidei. Alio modo capi potest large put supponit per tali entitate notando non quod de facto inest vel accidat alicui sed tantum connotando aptitudinem. scilicet quod sit aptum natum alteri accidere. Et sic albedo panis etiam si sit separata a subiecto est accidentis. Et isto modo sumit in proposito zc. Et per hoc patet ad secundam rationem. quod quod dicitur z neganda est auctoritas Aristotelis. Et sic per ratio ad articulum. **I** Circa secundum punctum hui⁹ articuli sunt plures difficultates. Et primo quantum ad actus istos accidentium separatim est prima difficultas. Vtru⁹ accidentis separatim possit esse principium generandi substantiam. Secunda vtru⁹ possit esse principium corrumpendi substantiam. Sed circa transmutationis passum sunt alie difficultates. Unum tertia est vtru⁹ possit transmutari ad quantitatem. Quarta vtru⁹ ad substantiam. Quinta vero vtru⁹ ad qualitatem. quod satis clarum est quod possunt transmutari secundum locum siue ad motum localem. Sexta potest esse vtru⁹ illa accidentia possint nutrire. Videtur quod non quod non possunt transire in substantiam aliam zc. Ad primam dicunt alii quod non quod omne agens aut est eorum uocum aut vniuocum. si vniuocum tunc est eorum perfectum sicut terminus productus. si equoquum tunc est perfectum. Quod patet quod agens vniuocum habet effectum productum per terminum ad equato sue potestie sed causa equoqua est perfectior quam causa vniuocum igitur est perfectior suo effectu sed accidens non est eorum perfectum cum substantia nec perfectum causa igitur non potest zc. Ad secundam dicitur etiam secundum illam opinionem quod non ita quod si esset maximum calor separatus non possit ruperere minimam guttam aque. Et ratio est quia non potest producere substantiam vtru⁹ patet est. quare zc. Sed rationes huius responsionis non valent quia licet generatiter verum sit quod causa totalis siue principalis sit perfectior suo effectu sed non se oportet de causa partiali id est calor separatus tanquam causa partialis possit agere deo currere ad generationem vel corruptionem substantie. ideo causa equoqua partialis quibus est perfectior quibus imperfectior suo effectu z quibus causa vniuocum sicut patet de albedine eius visione z intellectu zc. Et si dicatur quod causa illimitata est perfectior. non est vniuersalis verum sed bene de prima causa Unum dico quod licet non possit naturaliter demonstrari. tamen potest ratio nabiliter persuaderi quod accidentia etiam separata possunt vtru⁹ causa partialis generare vel corrumpere substantiam. Primum patet. quia substantie non mouent nos ad cognoscendum nec agunt aliquid de facto sine accidentibus. Unde si esset hic aliquis ignis sine accidentibus z possimus ipsum intuitiue videre tunc possemus experiri vtru⁹ substantia possit generare substantiam sine accidentibus currere ibi quod h⁹ naturaliter non possumus id est h⁹ non potest h⁹ certificarip statu isto sed remanet delusio neutra secundum per quod experimur quod presentia istos accidentium sequuntur multum effectus z corruptionem in presentia ipsorum. z h⁹ non videtur posse esse nisi quod accidentia illa aliqua actiuitate habent respectu illoz effectuum Alii ei⁹ perz ois via ad probandum aliud esse casus actiui alii zc. **A**d tertia patet quod sic quod videtur ad sensum quod rare fieri z densantur sed tenedo opinionem quod quantitas non sit res alia a re quanta potest dici quod ibi est rarefactio z densatio sine qua

Questio sexta

triate de nouo acquisita. Ita quod rare fieri z densari nihil aliud est nisi tales species occupare locum maiorem vel minorem propter maiorem vel minorem distantiam partium. sic quod tres partes rari coexistunt tribus partibus loci. postea per motum localem densate coexistunt vni parti loci. Et contra de rarefactione sine acquisitione vel de densatione alicui⁹ absoluti. Et sic potest facillime saluari quod quilibet pars rari est rarior z densi densior per coexistentiam in maiori vel minori loco. Si vero dicatur contra. quod tunc vniu⁹ pugill⁹ ignis non est rarior quam vniu⁹ pugill⁹ terre quod non est rarior. dicitur quod non sequitur. quod pugill⁹ terre potest magis extendi manente terra quam ignis zc. Sed h⁹ non valet quod ponamus quod vterque pugill⁹ sit in supremo gradu raritatis oportet nature sue quomodo tunc vniu⁹ erit rarior alio cum non sit rarior zc. Iam aliter dico quod forma substantialis in proposito non potest nominari a raritate vel densitate. quod tot sunt partes forme in vniu⁹ pugillo sicut in alio. Sed illud quod immediate denotat a raritate est materia quod quod aliquid opponit ita quod vniu⁹ dicatur rarior aliud densius oportet quod illud sit aliud eiusdem rationis quod est sub vna forma sit densior quam sub alia sicut est in priori casu Unum vniu⁹ pugillus ignis dicitur rarior z pugill⁹ terre densior quod in terra est aliud quod est sub forma terre occupat maiorem locum quam si illud idem numero existeret sub forma ignis. Nam ex vniu⁹ pugillo terre possunt generari mille ignes quod non esset nisi materia eius sub forma ignis habeat maiorem extensionem quam eadem sub forma terre. Quia nihil idem numero potest existere successive sub vtraque forma nisi materia ignis. Et sic ignis est rarior terra. Si autem dicatur quod forma hanc viam non esset differentia inter rarefactionem z augmentatorem zc. Dico quod sic quod in augmentatorem proprie dicta aliquid acquisit de nouo adueniens quod est pars illius quod auget. non autem rarefactionem sed solum locum siue motum localem Unum rarefactio est quedam species motus localis. Et proportionabiliter dicitur est de densatione zc. **A**d quartam primo dicitur est vtru⁹ illa accidentia possunt corrumpi ab agente creato. Secundo vtru⁹ ex illis possit substantia generari etiam a deo. De primo dicunt multi quod non quod nullum agens creatum potest creare persequens nec annihilare. sed destructio illoz accidentium est annihilatio. igitur zc. Sed. g. Dicitur dicitur quod creatura potest annihilare licet non creare. Unum videtur sibi mirabile quod vniu⁹ magnus ignis non possit destruere vniu⁹ quum frigidum si esset sibi appropinquatum. Et si dicatur quod cre-

atura in omni actione sua exigit materiam. Respondeo quod verum est in omni actione productiva Et dicitur ultra quod in hoc casu illud quod producit a solo deo producit. ita quod deus supplet ibi vicem agentis creati tanquam causa totalis in produciendo licet non in corripiendo. Sed tamen mihi videtur sicut super per suasi. quod per articulo. quod potest dicitur quod creatura in casu isto sicut potest annihilare. ita z creare. propter rationes ibi factas de experientia zc. De secundo vero videtur probabile quod de illis speciebus proprie loquendo non potest aliquid generari nec virtute creata nec increata. Quia illud dicitur generari quod sit ab agente necessario exigitur passum Si ergo ex illis speciebus possit aliquid generari loquendo de generatione substantia vel ergo esset substantia que est materia vel forma vel dispositum. Non materia quod illa a solo deo creat. Nec forma. quod ipsa non generat nisi in materia. Nec dispositum quod ibi non est materia. z id est ex illis nihil potest dici. **A**d quintam de mutatione ad qualitatem quantum ad intentionem z remissionem. generationem z corruptionem per quod sic Sed circa hoc sunt diuersas opiniones diuersi modo dicendum est. Unum enim via que tenet quod quantitas sit res distincta a substantia z qualitate z manet ibi tanquam subiectum alioz accidentium dicitur dicitur est quod talia accidentia possunt naturaliter modo predicto variari generari z corrumpi quod sunt in subiecto Sed forma alia via de quantitate zc. dicitur dicitur est oppositum vtru⁹ dicitur dicitur. scilicet quod non potest naturaliter generari vel interdi nisi virtute diuina quod nihil est ibi receptiuum actus acquisitione creatur. tamen illa accidentia sunt per se corrupti z remittuntur per agens naturale zc. Sed vtru⁹ plus mihi videtur quod vniu⁹ possit dici sic per de substantia zc. **P** Ad sextam potest dici probabile quod duplex est nutritio Una proprie dicta que est per conversionem alimentum in re alendam ita quod ex illo fiat restauratio rei deperdite Et si sic gratia vniu⁹ species sacrales nutritiue dicendum est quod non sicut patet factis ex solutione secunde puncti quod dubitatis. sed in fine de per se creatis quod talis hostia habet actus naturalis in materia bra hois que habet non per se creatas id est sibi modo potest reducere per lectionem lapsum ad statum naturalem saltem forma qualitates que sunt quecumque alia non per se creatas licet non possit conuertitur in materiam materia naturalis. que zc. et sic per solutionem ad tertium ar. Et ex his ad tertium argumentum zc. Et h⁹ de questione z per se sequens de toto quarto sententiarum. **F**inis.

Recommendatio sacre scripture

Recommendatio sacre scripture ab eodem
dño ⁊ magistro Petro in magisterio theo/
logie.

Super hanc pe- tram edifica-

Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Scriptum est Math. xv. Magnus ecclesie doctor Augustinus in libro de ciuitate dei: duas describit ciuitates, duas signantes ecclesias inter se diuersas pariter ⁊ aduersas. Una est ciuitas Hierusalem. Alia est ciuitas Babilon. Una ciuitas est ecclesia dei, alia ciuitas est ecclesia diaboli. Una ecclesia bonorum de qua dicit ps. Laus eius in ecclesia sanctorum. ps. clix. Alia ecclesia malorum de qua idem propheta. Diuisi inquit ecclesiam malignantium. ps. xxv. Una est igitur supra petram edificata quam psalmista Dauid admirans alloquitur. Gloriosa diuisa sunt de te ciuitas dei sicut audiuimus ita ⁊ vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri deus fundauit eam in eternum. Alia est supra arenam fundata, quam idem propheta videns abominatur. Uidi inquit iniquitatem ⁊ contradictionem in ciuitate. Et iterum. Super muros eius iniquitas ⁊ labor in medio eius ⁊ iniusticia ⁊ non deficiunt de plateis eius usura ⁊ dolus. De sunt igitur ciuitates due, he sunt due ecclesie sibi inuicem aduersarie ⁊ inter se plurimum contrarie quarum vnā regit dyabolus, alia regit christus. Vnā dyabolus edificat supra instabilem arenam aliam christus edificat supra stabilem petram de ea dicens promissam per themate sententiam. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Sed inuestigandum nobis est que sit hec petra supra quam edificata erat christi ecclesia ⁊ aduersus ecclesiam dyaboli confirmata. Ubi ex varijs sanctorum dictis magna oritur prolixitas questionis. Nam beatus Augustinus quodam loco in libro contra epistolam donati de apostolo Petro dicit quod in illo tanquam in petra fundata sit ecclesia. Quae sensum in quibusdam versibus Ambrosij canimus. vbi de gallo ⁊ gallicantu ait. Hoc ipsa petra ecclesie canere culpam deuenit. Eundem quoque sensum legimus in quodam sermone de festo cathedre sancti Petri. ⁊c. Aduersus que sensum Augustinus in pluribus alijs passim aliter exponit hunc euangelij locum. Nam libro primo de sermone domini sibi ita inquit. Quia enim christus petra Petrus christianus. Ideo petrus ⁊

petra non petra a petro, sicut non a christiano christus. sed a christo christianus vocatur. Tu es ergo inquit Petrus ⁊ supra hanc petram quam presens es ⁊ cognouisti, dices tu es christus filius dei uiuificabo ecclesiam meam. Quasi dicat. Super me edificabo te, non me super te. Dec. ibi. Et his similia alibi supra Ioh. sermone. cccc. lxxij. ⁊ in omel. quadam de transfiguratione domini. Licet autem ipsemet Augustinus libro primo retract. c. xxxj. que harum duarum sententiarum probabilior sit electioni lectoris reliquerit, non tamen videtur quod in petra petrus, sed in petra christus sit intelligendus de quo ait apostolus. petra autem erat Christus prima Cor. i. Quis est in petri infirmitate ecclesie firmitatem stabilit. de cuius infirmitate ancilla ostiaria interrogata respondeat. Ad cuius vocem ut Gregorius ait. dum mori timuit vitam negauit. Tu ergo vacillauerit Petrus nec firmus fundatur sit petri vicarius. cuius iam discrepent de summo petri sacerdotio pontifices et litigant de summo pontificio sacerdotes. quis affirmare presumat quempiam quatuorlibet sanctitate aut dignitate fulgentem sine sacerdotem siue pontificem siue petrum siue petri vicarium aut quemuis alium pro christo esse christiane ecclesie fundamentum Tu contra dicat apostolus. quod fundamentum aliud nemo potest ponere propter id quod positum est quod est christus iesus. prima Cor. iij. Sed ut ea que promissimus ad concordiam reducamus ita cedamus christum esse ecclesie fundamentum principale ut non negemus supra ipsum plura fundamenta edificari posse. Sic enim Apoc. vii. murus ciuitatis illius per quem intelligitur ecclesia duodecim dicitur habere fundamenta. Christus itaque supra seipsum tanquam super solidissimum fundamentum ecclesiam suam aduersus ecclesiam dyaboli firmiter stabilauit. ⁊ supra hanc firmam petram petrum stabiliter firmavit. de eo dicens promissam euangelice sententiam. Super hanc ⁊c. Sed salua oino christi saluatoris sententia siue in petra petrus siue in petra christus secundum litteralem sensum intelligere valeamus. tamen secundum spiritualem intellectum per hanc petram diuinam scripturam ⁊ sacram christi doctrinam signare possumus. quod tam firme soliditudo ⁊ solide firmitatis existit ut non immerito supra eam christi ecclesia fundata sit. Quid namque firmitus quid solidius quam sacra eloquia. que diuina testimonia a christo in eternum fundata. Sic enim christum alloquitur propheta. In initio inquit cognoui de testimonijs tuis quod in eternum fundasti ea. Quot igitur sunt christi eloquia que christiane doctrine testimonia tot dicitur petri christiane ecclesie

Recommendo

fundamenta. Sacra igitur scriptura christi testimo-
nium in eternum fundata spiritualiter intelligi potest il-
la firma petra supra quam edificata est ecclesia.
Supra cuius firmitate petre christus petri infirmi-
tate timorem plus ac tremorem postea solida
perseuerantia roborauit et ecclesiam suam per omnem ec-
clesie diaboli persecutorum inuicta constantia solida
uit de ea dicens. Supra hanc petram edificabo ec-
clesiam. Que fuerunt precepta primo posita vestris re-
uerentibus sepe repetita. Ad quorum declarati-
onem preceptorum ommissis diuisionum richimis. sicut
patet ut possumus insequentes. ostendam qualiter
supra scripturam sacram tamquam supra firmam petram christus
sua edificauit ecclesiam. Sciendum itaque quod in
quolibet edificio rationabiliter ordinato. Primo
precedit fundatio. Secundo procedit edificatio.
Tertio succedit summatio. Hoc igitur modo
ordinatissimum omnium artificum christus supra scripturam
sacre petram ecclesiam suam edificauit. Primo nam-
que fundamentum iecit. Supra hanc petram. Se-
cundo incrementum adiecit. Edificabo inquit
Tertio complementum fecit. Ecclesiam meam.
Primo igitur inquam huius edificii fundamen-
tum. Supra hanc petram. Secundo videamus huius
edificii incrementum. Edificabo inquit. Tertio
prospiciamus huius edificii complementum. Ecclesiam
meam. Sic enim satis ut arbitror declarauimus
premissam per hanc petram. Supra hanc petram.
Et in primis ergo inquam ecclesiastici edifi-
cii fundamentum. Supra hanc petram. Nec namque
petra supra quam fundata est ecclesia ut iam premissimus sa-
cra potest intelligi scriptura siue precepta christi ve-
ritas in eternum fundata de qua christus alloquendo
dicebat precepta. In eternum domine verbum tuum per-
manet in celo. in generatione et generatione precepta
tua. Cospicite igitur orthodoxe ecclesie fundamen-
tum videtis mirabile mysterium. Nulla enim do-
mus est que non habeat sua fundamenta deorsum
sursumque tendunt parietes. desuper tecta ponuntur.
sola autem ecclesia suum fundamentum sursum
habet. et domus ipsa deorsum in terra manet precepta
illa supra quam fundata est sursum in celo in eter-
num permanet. Sic tamen veritas in celo permanet
sicut quod etiam deorsum ad terram descendit. et iuxta
sapientis dictum de celo a regalibus sedibus ve-
nit. imo ut propheta dicit. Veritas de terra or-
ta est quam scilicet iusticia de celo prospexit. Habet
igitur ecclesia veritatis fundamentum et in celo sur-
sum et in terra deorsum. Sed ubi deorsum.
Sane non in sordibus terrenis sed in sublimi-
bus locis. quod teste propheta. Fundamenta eius in
montibus sanctis. Non enim credendum est sup-

uacuum esse in verbis istis quod dicitur in montibus
sanctis. Adhibeamus ergo mentem ut huius dicti
valeamus accipere. et quod montes isti sibi ve-
lunt audiamus. Dons itaque iusticia magnitu-
dinez et virtutis altitudine signat. In quo mon-
te christus habitat ibique ecclesie sue fundamentum
stabiliter ipsam sacre scripture veritatem collo-
cat. Ascendamus igitur in montem ut inueniamus
ipsum fundamentum ecclesie. ipse scilicet sacre scriptu-
re veritatem. Sed quis ascendet in montem domi-
ni aut quis stabit in monte sancto eius. Certe iux-
ta rursus propheta innocens manibus et mundo
corde. Ascendant ergo innocentes et mundi. Quod
si forte non omnes sumus huiusmodi ut montem ascen-
dere valeamus. omnes tamen leuemus oculos in
montem. et a pede usque in montis verticem quantum
possumus videamus. Videamus itaque premissis in
pede montis huius videamus ibi numerosam ge-
ntilium preceptorum multitudinem tanta veritatis ala-
critate pollentem ut etiam ascendere nitatur in mon-
tem. Videamus ibi Zenocratis seueritatem. dy-
ogenis. pariam. cratonis pietatem. socratis conti-
nentiam. Qui tantam cordis et corporis narrat
habuisse ut sublimium ac beatorum spirituum con-
sortium et familiaritatem adeptus sit. Hinc plato
eiusdem socratis discipulus. d. quod ob egregiam vi-
tam et castimoniam ab infantia neminem habu-
it comes. Siquidem pura puris. sincera sin-
ceris misceri atque coniungi fas est. hinc apu-
leius platonice scilicet philosophus de deo socratis li-
brum scripsit. videamus denique huiusmodi
pede qualiter huiusmodi philosophi cetera se comi-
tatur. ut ascendat facilius et ut currat velocius.
Alter alteri sequitur vestigia plato socratem
insequitur. aristoteles platonem. lucilius senecam.
seneca vero paulum sequi cupiens post eum clami-
tat dicens. Domine paulus charissime optare est
esse loci apud meos quibus tu es apud christianos.
Verba sunt senecae ad paulum epistola. xij. Cur-
runt ergo velociter currunt pariter et tamen nec sa-
crae scripture nec veritatis catholicam viam tenent
in montem ascendere non valent. Nam ut quodam in
loco de ipis asserit Augustinus. bene currunt sed tamen
in via non currunt. ideo ergo plures currunt tamen plures
errant. His itaque dimissis in hunc modum cur-
rentibus atque errantibus oculos mentis in montem
erigamus sublimem et videamus ibi antiquos patres
veteris testamenti patriarchas scilicet et prophetas cur-
rentes. siquidem licet non in via plana tamen sub
ymbra tenebrosa ascendentes in montem. Ibi
ille patriarcharum maximus Jacob qui scalam ce-
lotenus erectam. ascendentesque et descendentes

sacre scripture

angelos et in ierusalem domum vidit. ibi ille sa-
miliarissimus deo Moyses qui legem collo-
cans dei obtinere meruit. ibi Helias clari-
oribus portentis emicuit. et tandem ad celum sua
manu vehiculo rapit fuit. Ibi denique propheta
et singuli et tam prelagis visionibus illustrantur
ut percul absentia tamquam propinqua. et futura tamquam
presentia proloquatur. quod omnia singulatim nu-
merare ipsa multitudo non sinit. ipsa quoque temporis
breuitas non permittit. His igitur obmissis in
montis vertice veritatem oculos et videamus ibi
eminentioris vite viros. Ibi namque ille inter na-
tos mulierum maximus Johannes sanctus ab vte-
ro. quem summum celi fastigio venturum ad ter-
ram christus ut luciferus sol permisit. ad antra deser-
ti sub etate tenera fugit. Ibi ipsemet salua-
tor fons omnium salutarium exemplorum in monte
oraturus ascendit. temptatorem aduersarium vi-
cit. turbas instruit. beatitudines distinguit.
et in montis excelso transfiguratur ubi supra eum
eterni patris vox audit. ibi Petrus Jacobus et
Iohannes hanc transfigurationem videt et pauent
vocem audiunt et mirantur. Et ut innumera san-
ctorum turba breui sermone perstringat. ibi euangeli-
zarum apostoli. annunciant discipulis. trium-
phant martires. exultant confessores. doctores
predicant. sacerdotes orant. psallunt claustrales
cantant. regines. ac vniuersi sanctorum choiri illud
psalmigraphi personant. Exaltate dominum deus
nostre et adorare in monte sancto eius. psalmus. cxxvij.
Dic est ergo mons insignis. mons celebris
mons salutis. mons dei. mons pinguis. in quo
beneplacitum est domino habitare in eo. In cuius
montis vertice christus suum habitaculum disposi-
turus ibi ecclesie sue fundamentum posuit et in al-
tissimo verticis cacumine sacre scripture ve-
ritatem fundauit ipsamque teste que ait. Ego in
altissimis habitavi. Ecce. xxij. Et hec quibus
ad primus articulum in quo inquirere volebam
ecclesiastici edificii fundamentum. Sed ulterius
videamus ecclesiastici edificii incremen-
tum. Edificabo inquit. Christus namque dei spiritus
et sapientia ecclesie sue domum quam eterna mente con-
cepit supra sacre scripture fundamentum spiritualiter
edificatorem compleuit. Impleuitque illud quod di-
ctum erat per sapientem. Sapientia edificauit
sibi domum. excidit columnas septem. Prover. ix.
Habet siquidem domus ista catholica. scilicet ecclesia
non solum septem columnas sed et singulas partes suas
supra sacre scripture veritatem fundatas. habet
lapides. habet cementum. habet parietes. ha-
bet murum. habet fenestras. habet hostium. po-

stremo habet columnas. et desuper habet tectum.
Decem autem omnia plena sunt mysterijs et abundat
spiritualibus documentis. Habet namque ecclesia
suos lapides. singulos scilicet christianos et fideles
per fidei stabilitatem quadros. per pacis firmitatem
firmos. per exercitacionem politos. per immobilita-
